


Olwenbing

PHILOSOPHIA
ANTIQVISSIMA
NORVEGO-DANICA
dicta
Voluspa
aliàs
EDDA SÆMUNDI.
Ex Bibliotheca
PETRI JOH: RESENII.

HAFFNIÆ.

ANNO CHRISTI CIↃIↃCLXXIII.

Haud obscure conjicio, commentarios hosce in Wöluspa, magnam in animis hominum rectè sentientium voluptatem esse excitaturos, si edantur: an verò plus ornamenti atq; præsidii, in magno Amplissimi viri, Petri Resenii favore, qvàm commodi ex ejus benignitate senserint, jure dubitaverim. Havniæ Anno 1673. *die* 20. *Julii.*

ERASM. BARTHOLIN.

Typographus Lectori S.



Vonam Authore præſens opus in Lingvam Latinam converſum ſit jure dubitari poſſet, niſi ſuppeteret Lexicon Iſlandicum Gudmundi Andreæ Manuſcriptum, cujus mentionem facit Petrus Reſenius *in præfatione ad Eddam folio* 1. qvod publica auctione comparatum intra annum ſe publici Juris facturum pollicitus eſt, præſtitiſſetq; niſi præter publicas occupationes, qvas Officii ratio identidem ſuggerit, interveniſſet laborioſiſſimi operis conficiendi cura, qvod inſcribitur: *Theatrum Daniæ, qvô non ſolum generalis Regni Daniæ ejusq; Provinciarũ deſcriptio, verùm etiam omnium Civitatum & Arcium Danicarum, præcipuorumq; locorum delineationes ichnographicæ & icones, origines, incrementa, decrementa, ædificia publica, memorabilia, immunitates, jura, Privilegia ipſis Principum & Regum tabulis expreſſa, monumenta & inſcriptiones, ut* & *elogia exhibentur* : Qvod publicæ utilitati cum primum licuerit conſecraturus eſt. Nec idcirco promiſſi Lexici immemor ultra biennium editionem dilaturum, affulgente Numinis clementia, pollicetur. Cum verò ad hoc idem Lexicon ut ſuum proprium in hoc noſtro opere Author aliqvoties Lectorem ableget, liqvéatq; hoc noſtrum autographum eadem manu exaratum, qvod illud Lexicon à Gudmundo Andreæ concinnatum, non ulteriùs de Authore ambigendum eſt: Nam & idem explicandi genus, modus & ordo utrobiq; conſpicitur, qvæ ſingula eò collimant, ut Gudmundum Andreæ Iſlandum, ſcripti Authorem ſolum agnoſcamus, cujus qvalemcunq; (qvem-

admodum ex ipſius Sympatriotis percipere licuit) vitam, hic apponere viſum eſt.

Gudmundus igitur Andreas Parentibus honeſtis ſed Ruſticis ex legitimo matrimonio in lucem editus eſt, in Villa qvadã Provinciæ Midfiördenſis, qvæ Biarg nominatur, ſubjacetq; Diœceſi Holanæ Septentrionalis Iſlandiæ. Ex hac eadem Villa prodiit inſignis & famoſus ille Athleta alter ille Milo Crotonienſis Gretterus Aſmundi Hærulangi filius, qvi arctiore cognatione celeberrimum Norvegiæ Regem Olaum Craſſum (aliàs Sanctum) attigit, cujus ſeriem Arngrimus Jonas in Crymogea exhibuit : Ubi ejusdem Gretteri aliqvalem Hiſtoriam ſummatim expreſſit. Quo vero præſentis ſeculi Anno Author noſter natus ſit nulli ex ipſius Compatriotis qvi impræſentiarum præſto eſt exactè conſtat. Scholam Cathedralem Holonam freqventaſſe certum eſt , indeq; non absq; honeſtè tranſactæ vitæ teſtimonio tunc demum dimiſſum cum talem profectum edidiſſet qvalis ab iis qvi inde ad almam Metropolis Regiæ Hafnienſis Academiam ablegantur reqviri ſolet. Sed cum per fortunarum anguſtias nimisq; curtam domi ſuppellectilem ad transmarina Camænarum Myſteria proficiſci non poſſet ad rei familiaris adminiſtrationem Matrisq; jam Viduæ & totius familiæ ſuſtentationem animum advertere neceſſe habuit, qvibus tamen haud quaqvam paſſus eſt ſe à liberalium artium ſtudiis tantopere abſtrahi qvin ingenium Muſis & Apollini ſacrum ingenioſiſſimorum utriusq; ordinis Virorum converſatione & ſubtiliorum diſqviſitionum exercitio ſubinde acueret, nec hoc fabulo ignea acris ingenii vis ſuſtentari contenta eſt, niſi ſuarum etiam lucubrationum aliquod monumentum relinqveret: Igitur ſcripto haud jejuno tritam aliàs controverſiam de Polygamæ licentia , ſive potiús,

ús,num liceret Concubinâ uti viro qvi duceret, aut ei qvi nulloConjugii vinculo constrictus esset, sive alteri horum, sive neûtri, id qvod innuisse videtur Commentario ad Stropham 39. *pag* 68. ubi hanc Thesin per digressum ex necessitate delibat, & his verbis concludit; *Sed male metuo ne vapulem*, *ipse perpende*, qvasi periculum qvod antea ipsi ex hac disputatione imminebat, in memoriam revocaret. Cùm verò rationibus in speciem qvidem haud absurdis adstrueret, nec veteri, nec novo fœdere Concubinatum interdictum, invectusq; deprehenderetur, in Constitutionem qvandam publicam Islandorum, Storedoomur appellatam, Authoritate Regiâ confirmatam qvâ adulteriis, incestibus & fornicationibus sub certa pœna cavetur, Crimen magis notorium commisisse existimabatur; cumq; sui muneris existimaret Vir Admodum Reverendus nec unqvam satis laudatus Thorlacus Schulonius Diœcesis Holanæ id temporis Episcopus illud qvod mali exempli futurum cerneret, cui certa pœna ex præscripto juris irrogari non posset ad superiorem Magistratum referre, Præfecto Regio, Illustrissimo Henrico Bielkio in Comitiis totius Insulæ anniversariis & illo tempore homagii festivitate Serenissimo Principi, Potentissimo & Optimo Regum Friderico Tertio exhibita insignibus, scriptum illud exhibuit & Gudmundum nostrum unà, qvi horum securus multorum milliarium iter ad solemnem Anni istius publicum conventum emensus est, sed præter opinionem illico ex Præfecti mandato custodiæ mandabatur.

Referunt petivisse ut ex Patrii juris præscripto secum procederetur, neq; enim legibus consentaneum esse ut citra inferioris Magistratus cognitionem ad superiorem Curiam nedum extra Patriæ limites ad causam dicendam qvisqvam compellatur. Nec aliam Serenissimi Regis mentem esse, qvam ut jura subditis sarta tecta servare ve-


lit, cum id omnibus & ſingulis nuperâ ad Iſlandos ſcriptâ Epiſtolâ clementiſſimè pollicitus fuerit. Verùm Bielkius cùm eodem anno non ſolùm Præfectus Iſlandiæ conſtitutus eſſet, ſed etiam Sereniſſimi Regis legationem obiret, utpote qvi Glorioſiſſimi Regis nomine fidelitatis juramentum ut exigeret in mandatis habuit, cognito (fortè ex ſiniſtra qvorundam relatione) qvod neq; ex jure Inſulæ municipali neq; Edictis Regiis aut publicis Conſtitutionibus qvicqvam exactè hac in cauſa decerni poſſet illum ſecum in Daniam avexit. Quò cùm perveniſſet in carcerem Blaataarn dictum, qvi Arci Regiæ Hafnienſis contiguus, turritus & tribus Coronis inſignis gravioris notæ criminum reis hoſpitium deſtinatus conſpicitur, conjectus eſt. Nec tamen adeo ſtrictè habitus eſt, qvin liceret ultrò citroq; intra turrim divagari; id qvod ipſi tandem ſaluti fuiſſe conſtat. Nam cum ignotus, egens & omnium Patrocinii inops, non haberet qvi ejus nomine ad judicium provocaret, fortuna ipſi viam aperuit. Cum enim nocte qvadam ſurſum deorſum per turrim curiſſe levaturus exſpatiaretur, ſydera ſudo cælo rutilantia contemplari cœpit, qvorum dulcedine captus, dum corpus per feneſtram inconſideratiùs exereret, præceps ex turri ruit ante oſtium ubi Regii Liberi enutriebantur, ſed absq; ullo ſui damno & corporis noxa. Ut verò ſe colligebat, in proximum palatium ſe recepit ubinam eſſet, qvove pergeret, penitus ignarus. Non exiguus terror nutricibus totiq; gynæceo injectus eſt, ut viderant nocte concubia hominem habitu Ruſticano & ſqvalido apertis foribus ad ſe ingredientem eò qvò multis alias ex famulitio Regio aditus non patet. At cum magis ex nutu quàm ſermone (nondum enim callebat lingvam Danicam aut Germanicam) conjicerent, qvod unus ex captivis eſſet, major trepidatio oborta eſt, verita ne forte omnes captivi carcere elapſi

gran-

grande qvoddam scelus machinarentur. Sed postqvam planum erat, qvod hic miser & consilii inops majori formidine teneretur, qvam ipsis antea incusserat, custodem arcis arcescendum curarunt, qvi ut rem totam ordine percepit, & insuper quod unice expeteret, ut turri unde exciderat iterum includeretur, voti eum compotem reddidit. Postridie nocturnus tumultus & muliercularum trepidatio ad aures Regis pervenit, qvi accito Gudmundo causam, cujus reus habitus est, percepit. Scriptum igitur qvod exercitii tantum gratia (eò qvod in Patria publica exercitia nulla essent) conscripsisse perhibuit, per duos ipsius Sympatriotas in Latinum sermonem converti imperabat. Exposuit illud M: Runolfus Jonas, is, qvi Grammaticam Islandicam primus conscripsit & postea Rector Scholæ Christianstadensis in Scania factus est, & Paulus Halleri Vir doctus, qvi deinde Illustris Viri D: Georgii Sefeldii Regii Senatoris Bibliothecarius, & deniq; Harrestadii in Sælandia Pastor fuit, supremumq; diem ante decennium clausit. His interpretibus indutus veste Romana Authoris nostri præmaturus fœtus, Excellentissimis S: S: Theologiæ Professoribus perspiciendus traditur qvi nihil enorme aut ullam culpam in Regiam Majestatem commissam ut animadverterant, parum sceleris illum coram Rege pronunciabant. Igitur Gudmundus non solū absolutus, verùm etiam ob ingenii acumen, qvod illud scriptum redolebat, Civitate Academica An. 1650. & communitate Regia donatus est, ubi reliqvum vitæ tempus absolvit ad Añum usq; 1654, qvo, grassante per universam Daniam pestifera lue, inter alios absumptus, in ædibus Regentzianis vitam cum morte commutavit. Antiqvitatibus Patriis ut & tribꝰ Lingvis Cardinalibus inprimis studuit, nactus Patronos eximios. Ex nobilitate illustrissimum Heroem D. Joachimum Gerstorphium Serenissimæ Regiæ Majestatis Aulæ Magistrum

ſtrum Magnum, & Regni Senatorem Primarium, qvo imperante multa elucubraſſe perhibetur, qvæ aut interciderunt, aut abſcondita latent, & viciſſim tanti Herois munificentia magnopere levatus eſt. Ex ordine Eccleſiaſtico inter cæteros Ampliſſimum & Celeberrimum virum D: Olaum Wormium, qvem tota Iſlandia plurimùm veneratur, atqve ei ſuosq; tum filios, tum poſteros publice & privatìm plurimum debere grato animo confitetur.

Retulit mihi qvidã Iſlandorum, cui fidẽ haud quaqvam abrogaverim, qvòd audiverit raræ & reconditæ doctrinæ virũ M: Brynolfum Svenonium Diœceſis Schalholtinæ Auſtralis Iſlandiæ Epiſcopum longè digniſſimum, ingenue confeſſum qvod magnæ admirationi fuerit ſibi ſcriptum illud, qvod hic noſter de Polygamia edidit; præcipue quod ea ætate & conditione fuiſſet, ut a Libris & lectione minimè inſtructus eſſe poſſet, & nihilomius ſupra expectationẽ & inſtitutionis rationem tam enucleatè & argutè materiam illam tractaſſet, ut vix Docti viri qui hanc Theſin adſtruere conati ſunt, ſubtiliùs aut feliciùs eam tutati ſint. Ex qvo diſpaleſcit nihil mediocre ab eo expectandum fuiſſe, ſi facultates & neceſſaria ſubſidia tempeſtivè conſecutus eſſet. Nec vanâ conjecturâ ductus eſt, dum hujus operis *Stroph*: 42. *pag.* 72. ſcriptum reliqvit, quod rarum crederet eſſe in Iſlandia qvi hos verſus intelligat. Cum conſtet vix unum, duos, aut ad ſummum tres repertos, qvi his verſibus exponendis manum admoverint. Nihilominus optandum eſſet, ut qvæ adhuc ſuperſunt vetuſtiſſimi ſeculi monumenta & antiqviſſimæ Philoſophiæ arcana Interpretem Doctum conſeqverentur, qvo poſteritati de meliori nota commendari poſſint.



META-

METAPHRASIS SEU TRANSLATIO
ET QVALISCUNQVE EXPOSITIO
CARMINIS IN DANICA LINGVA
ANTIQVISSIMI REPERTI

Quod prisco idiomate appellatum est

WOLUSPA

atqve secundariò

Sæmondar Edda

seu Sæmundi Aenus

Qvale carmen olim tanquam versus Sibyllini Runicis litteris traditum circumferebatur.

PRÆFATIO.



Oluspa ceu Volus-Spá dictio est composita à Genitivo Velu / Vala seu Vela in Nominativo, & Spá ɔ: *Vaticinium*. Est autem Vala/ Vela / & propter Euphoniam Velua priscum vocabulum appellativum significans *Vatem fœminam* & qvidem *belle prædicentem futura*. Unde in Edda sic interpretatur Nornu heita þær ed Nodskapa; Volvur þær ed velspa: ɔ: *Norn vocatur qvæ molesta creat* (sc: fataliter præfando), *Volva illa, qvæ benè prophetant* (qvæ bona prædicunt). Qvemadmodum & Velundur appellatus est *vir in Magia Naturali peritus*, ceu Magister, aut alter Dœdalus. Ita enim Tropologicè dicitur hann er mikil volundur ɔ: *est vir architechnites, & labyrinthus appellatus est*; Volundar hus qvasi *Dædali domus*. Hanc vero vocem Velva desumtam è Græca voce βȣλή, qvam, ut pote Bule, aliter εὐφωνικῶς proferre nemo potest, qvàm per hoc vocabulum Volva/ cumq; hæc vox *consilium* significet, nomen & omen fœminæ fatidicæ competit, veluti hæc Velva vates fuerat: Unde tales vates Rádhillde ɔ: *consilii Deam* solent vocare prisci. Qvod ferè idem est ac Sibylla. Qvid n: Sibylla aliud qvam *Divum Consilium* denotat. Nam Δὶς, Διὸς est nomen *Jovis* & communiter etiam *Dei* apud Græcos, qvi & Σιὸς Æolicè; hinc Sibil-

Wolusp**æ** etymon & significatio

la ɔ: Σιȣ βυλή (ɔ: *Dei consilium*) & Sylla à prudentia qvasi Sibylla. Ζεὺς n: Doricè & Laconice est Σεὸς ait J. Cæsar Scaliger; *apud Bechm: pag:* 244. Concluditur ergo qvod Antiqvarius noster nominat Bolu nihil aliud qvam Sibyllam esse exponendum; adeoqve per Bolu-Spa Sibyllinos versus seu vaticinium ipso hoc titulo sive inscriptione indigitari.

Woluspæ Autor Sæmundus. Sæmundus qvisnam? Sæmundar Edda hic liber cum cœteris annexis postea fuerat nuncupatus; idq; hac occasione. Cùm ante annos circiter sexcentos Islandi qvidam Christianissimo nomina dedissent, doctrina vero tam Theologica, qvam bonarum Artium compræhensiva adhuc ibidem esset jejuna, partim ob nationis barbariem, tum qvia Papisticæ tenebræ luci doctrinarum umbram fecerant. Factum est autem eo tempore, ut duo Juvenes ex Islandia discendi gratiâ in Germaniam transierint, qvorum nomen Sæmundur & Are. Hi Coloniæ ad Mœnum Gymnasium tandem triennio freqventarunt, & bonas literas fœliciter addiscentes profectum fecêre, spe Magistri sui uberiorem. Itaq; cum illos in patriam revertere velle cognovit, multis modis id ægrè tulit & inhibuit, æstimans scilicet barbaram hanc gentem & sqvalidam terram tam peritis viris, ac tantis ingeniis fore omnino indignam; ipseq; ingeniosâ eorum operâ frui desiderans illos tardavit. Verùm illi, ut fit, ob dulcedinem fatalis soli, à Magistro suo arte eluso se avulserunt, tandemq; eluctantes solum vertebant. Saxonia itaq;, Dania & Norvegia perlustratâ domum tendunt. Sæmundus v. ille, uti erat in studiis suis diligens, ita in comparandis sibi documentis undiq; vetustissimis non fuit negligens. In Patriam igitur reduces benigne sunt suscepti An. Chri. 1075, & ob eruditionem qvasi in gremio foveri cæpêre. Are qvidem Historias aliqvot & Calendarium conscripsit, munusq; Ecclesiasticum administrandum sibi recepit: Sæmundus v: latifundium suum hæreditarium, in Australi tribu Islandico *Odda* vocatum occupavit, ibidemq; Scholam qvalemcunq; initians literas docere & libros conscribere incepit. Inter cætera multa Annales seu Chronicon ab orbe condito usq; ad sua tempora retexens, Latinis ut plurimum literis id ipsum exaravit;

vit : Cum antea in uſu tantum Runica eſſet literatura. Literam verò ex Runicis neceſſariò retinuit, alphabeto Latino ad finem illam ſubjungens, ne illius uſus & valor peculiaris ab idiomatis commoditate periret. Idem Semundus Fabulas Poeticas, ſeu Schialdricam hujus nationis Mythologiam ex Runicis documentis illuſtratam Latinis characteribus deſcripſit, magna Poetarum utilitate, eundemq; librum *Eddam* vocavit, cujus initium eſt hæc Wøluſpá / quæ nunc venit exponenda. Uterqve ergo horum, qvi ad eruditionem adipiſcendam fuerant peregrinati, cognomen Frode (ↄ: *peritus*) nacti ſunt, Sæmundur Frode & Are preſti hinn Frode vulgò appellati. Poſtea ex eadem Schola prodiens ſub Rege Norvegiæ Haqvino Juniore (Hakone unga) aliud opus de hoc negotio abſolvit; huic nomen erat Snorro Sturluſon: Cumq; idem in ſuo libro traderet, *Eddam* qvoq; apellavit iſtum. Prior vero Codex Semundi ligata oratione, poſterior v: ſoluta ut plurimum conſtare deprehenditur. Reſtat porro hic inſerere, qvid de vocabuli Eddæ Etymo & ſignificatione ſit tenendum cenſuerim, qvod qvi legere cupit, hic affixum inſpicere poterit.

Memini qvidem me legiſſe apud H: Decimatorem; cùm in Sylva Propriorum Nominum Sibyllas recenſet, unam memorat Erythræam, à Civitate minoris Aſiæ ſic dictam, & hanc bellum Trojanum carmine quodam fatidico ceciniſſe, Alexandriq; Magni tempore hanc Prohetiam floruiſſe. Cœterùm ex Aſia minori Duces cujusdam nationis huc olim dudum ante natum Chriſtum tranſiiſſe conſtat: Qvorum Princeps erat Odinn ille famoſus, ut alibi exponetur. Atq; hos tale carmen ex Aſia ſecum huc transportaſſe, illudq; tanqvam religionis ſuæ documentum aſſiduo citaſſe, ex poſteriori Edda, nempe Snorronis; paſſim demonſtratur. Nam ſæpiùs ibi enarrator atteſtatur hanc Vølu-Spá, ſeu Sibyllæ vaticinium; neq; poteſt negari in ipſo belli Trojani typum mythologice exprimi; neq; aliàs tacent documenta eosdem transmigratores lingvam ſuam propriam ex Aſia ſecum advectum huc in-


Wolua Sibylla ubi terrarum fuerit.

insinuasse: Ipsi enim se Asas ceu Asiaticos & suum idioma Asamál appellabant: Nec non Runarum usurpationem primi hic instituisse putantur. Ergo cum res & nomen Erythrœæ Sibyllæ utrobiq; conveniat, hanc nostram Volvam facimus, donec certiorem venamur cognitionem. Verum sua cuiq; constet sententia, qvamvis ego meam adjecerim conjecturam.

Wolúspa duplex. Notandum præterea duplicem fuisse hanc Prophetiam, seu duas fuisse Volu spaer, Majorem nempe & Minorem. Hanc tantum nimirum Voluspa ena minne hic habemus; Majorem vero in Edda aliqvoties & alieno tenore citatam audiri licet, cum Fabulæ enarrantur.

Wolúspa qvale carmen. Sed nunc ad ipsum carmen explicandum me confero, quod est Metrum plerumq; Tetrastrophon Dicolon. Qvantitas quidem in pedibus non est observanda juxta Latinæ aut Græcæ Prosodiæ Regulas, sed ex proprii idiomatis natura. Accidit autem ut nunc unam longam syllabam, nunc duas breves eundem locum supplere & pedem constituere vicissim reperiamus. Præterea in qvolibet versu duæ literæ initiales regimen Harmoniæ gerunt, ut in omnib' nativæ hujus lingvæ poëmatis occurrit. Perinde autem est si hoc negocio una vocalis alterius vicē subeat, nam idem fit sonus. Nonnunqvam tres initiales hanc harmoniam perficiunt, atq; id sæpius, ut fit elegantius; ut in hoc metro: Meire og minni megu heim daller: Hic M. ter præsidet dictionibus, qvo facilius currat metrum suo sono; Vocales vero diversæ hic sunt: Ar var allda Ea ymir bygdi: Hic a & y præsidet; sed qvod eodem recidit Versus inqvam qvilibet est Hendecasyllabus Trochaichus ferè natura, constans 4 pedibus. Liberum autem est nunc Dactylum, nunc Spondæum, modo Throchæum ponere, nisi in fine sit tantum Trocheus. Aliqvando in fine Strophæ est una suspensa unde acatalecticum fit carmen.

Vo-



Vøluspá hin Skemre

I. Versus.

Hliodz bid ek allar Helgar Kindur/
Meire ok minne/ mogu Heim dallar/
Villde ek Valfodurs vel umtelia/
Fornspioll fira þau ek fremst of nam.

Sileat qvæso Divum omne genus,
Major ceu minor sati Dionysio,
En velim Jovis artes eloqvi
Vetusta hominum velut agnoram, elogia.

Ut audiant omnes rogo, seu, sanctæ generationes majores & minores gnatos Heimdalli vellem, Odini, strata-gemata numerare Vetera seu prisca virorum eloqvia velut primò novi.

Expositio singularum vocum.

I. Hliod N. G. Hliodz in Genitivo, *sonus, vox*; inde verbum ad Hlioda/ *personare*, Nonnunqvam vero contrariæ est significationis, *silentium & audientiam* denotans: Unde phrasis ad bidia ser Hliodz velut hoc loco, *silentium postulare*; Item Hliodur: *taciturnus, obmutescens*, & Hliodt o: *dum silescitur*; unde Parœ-

 mia:

mia: Opt er Hliodt epter gamaned, *sæpè sietur post jocu-aria*; Item: Hugsvinn mal/id est Cato. Hliódur er Higgin ma-dur, *taciturnus est sapiens homo*; quasi, semper pavidus sit felix, Proverb:28-

2. Bid ek: *peto ego*: Videtur cum latino vocabulo cognatum.

3. Allar/ Allur/ Adjectivum, *omnis*; Accedit ad Græcum ὅλο *totus, universus*; vel etiam ad Orientalium Al, & Hebræorum כָּל *omne*.

4. Helgar. Helgur/Adject: per Syncopen, à voce Hei-lagur; dictum ita est, qvod sacrum ac *Sanctum*, à voce Heid/id est *res pretiosa*, ut aurum & opes summi pretij; qvæ fuerunt Ethnicorum qvasi Dij. Unde Heidingar appellati sunt qvasi *Mammonistae*: Contra vero Gudingar & Gydingar/ *qvi verum Deum colebant*, veluti Israelitæ & Judæi. Huc alludit Parœmia: Engi er Heidvirdur utan Skollenn/ id est *Nemo pecuniam nullius facit nisi Doemon*. Virdur/qvasi Vhirdur/*non æstimans*. Hoc loci Heilagur inqvam dictum qvasi Heidlægur à voce Heid / qvod *pretiosam pecuniam* Danica Lingva significare Edda ostendit, ut infra exponetur, & Lægur id est *ponendus, comparandus, æstimandus*: ut Fiárlag/ *pecuniæ æstimatio*. Lagit/ vide mulctam deputatam Codic: Legum. Per hoc vocabulum Ethnici suos Deunculos qvasi epitheto indigitabant; igitur per *Divum qvid* verto, verùm cum Christianismus postea invalesceret, qvum defuit aptius vocabulum, qvod Latinis est *sanctum*, hoc vocabulo expressêre: Olim autem nonnihil aliud, qvam qvod nunc est Hellig ɔ: *Sacer*. Idem tamen primitivum sapiunt, ut plura, si placet, adducam vetustiora. Phrasis fuerat, ad Helga sier / pro *ritè comparare*; veluti Codic: Legum Orstoß Helge/id est *Sagittæ vendicatio*

tio, qvantum homo ictu arcus sibi potest vendicare in latifundio, Item þad Helgar hønum þann hluto: *illud signum vendicat ei rem istam*; Item Biørn og melracke eru oheilagir a huorz manns jordu o: *ursus & vulpes in qvovis territorio sine vindicta aut mulcta* sc. occiditur. Mannhelge vocatur Legum Sectio. 4. qvasi *hominum vindicatio*, vel *pacis humanae aestimatio*: Vindicta non humana Sanctitas. Fridhelgur o: *pace dignus*. Sacer hæc semel de hac voce dicta sunt, ne opus sit iterare sed sufficiat citare.

De Heimdalo vide supra, & de Mogu / infra versu 55.

5. Kind / 1. *sobole*, *proles*, & qvidem fœminina, nam Kyndur est *filius*. 2. *Genus*, *generatio*, *propago*, velut hoc loco; nam Helgar Kyndur / appellat *Deorum Genus*; contra: *humanum genus* Lyda Kindur appellatum est. 3. *Animal quodvis & creaturas* postea Kindur vocavere sed impropriè, ut & *pusillum quid* ac *puerum* Kind solent nominare minores & Germani. Derivatum autem videtur a Kyn / *genus*, γένος, commune cœteris Lingvis.

6. Villdo ek / eg vil / volo, λῶ, cognatum inter se videtur: Hic autem ponitur in futuro qvasi *velim*, μέλλω: βούλομαι enim est a βου *valde* & λῶ *volo*, illud etiam abjecto υ idem exprimit Scaliger Capite 27. more eorum qvi dicunt ἄμπελις per ἄμπελους כֶּפֶל.

7. Valfødur / Valur *cadivum*, ex cæsis hominibus significat: Hic Fødur ponitur, id est, *pater pro authore*, qvasi *stragis parens*, id est *primus auctor*. Est autem periphrasis qvidem Odini, qvam illi attribuerunt. Sed qvoniam ille se loco Jovis coli studuerat; hoc jovis epitheton usurpavit Verisimile enim est Sibyllam istam, non hunc Odinum, qvi

hûc in ſeptentrionem penetravit, ſed ſummum Jovem hac lingva Odinum appellaſſe, & qvidem Walfødur. Sive enim per primum Jovem Ethnicorum intelligendus eſt Cainus Adami Filius, ſicuti ſubnectitur Mythologiæ Natalis Com: Sive Græcorum Zevs ſit accipiendus, nomen hoc jure convenit: Ille enim primam patravit cœdem. Hic qvoq; apud Græcos *ἀλάςωρ, καὶ παλαμναῖος* fuit indigitatus, qvod paulo ſeqvius qvam Walfødur ſignificat. Verto itaq; Walfødur *Jovem*. Qvod ad agnomen Othini illius attinet, alibi evolvendum in interpretatione nominum Aſianorum.

8. Vel/ ſive væl N. G. pluraliter tantum uſurpatum, *callida artes & conſilia, techna*; unde verbum ad Vela/ & paræmia vulgata, Har hafa viner Vmvælt/ id eſt, *hæc Amici arte ſtruxerant*: Nunc in malam partem ſumitur pro *fraudibus & malis artibus*, in Fœminino genere uſitatius, Vielar,: fraudes; ſic Vygvel *machinae bellicae*; item Veidevel/ *venabula* ſeu *qvaes libet venandi machinatio*. Videtur porro hæc vox ab eodem primitivo deducta, atq; Væla/ſcilicet a *βουλη*.

9. Of Præpoſitio, qvæ nunc eſt abſoleta; ejus loco Om̃ uſurpamus, qvod Danice OM / *de, per, trans, circa* / pro circumſtantiis; olim vero freqvens fuit, nunc Of / *nimium* denotat.

10. Telia qvaſi freqventativum à Tala/id eſt, *loqui*; ſignificat vero *enumerare* ad telia; unde tal & tala *numerus* ut & nunc in uſu eſt; ad fortelie id eſt *enarrare*, ſed qvod Græcis eſt *λαλω* nobis ut durius qvid ſonat, tala.

11. Forn, Adjectivum, *vetus, priſcus*; ab Adverbio for vel fyr *antea*: Hinc fyrn/ *portenta*; fornyrdaſt *Diras evomere*.

mere; formmæle id eſt, *vetuſta dicta*. Fleſt eru Formmælenn Sønn, idem cum illo, *nil ſine prudenti dixit ratione vetuſtas.*

12. Spioll in plurali, Spiall Sing: N. G. *eloqvium, effatum*; hinc vocarunt Gudſpiall Evangelium, qvaſi Dei effatum, & Spialle vocatur in Edda *collocutor, congerro*; nam Spialla eſt *effari, affari* id eſt, ad Spialla vid nockurn: Sed Spioll eſt *detrimentum* & Spella ac Spilla *violare, corrumpere*, diverſum a priori. Spiall vero denotat etiam paſsivum qvid, *qvod pronunciatur*; unde Spialld *tabula, dictatoria*, qvaſi dictamen

13. Fira, firar, in Edda exponitur propriè ſic appellari *primores, viros, æſtimandos*, a præpoſitione fyre/ *πρὸ*, qvaſi proceres, qvos Fyrermenn vocamus: Poetis, autem ſic *qvilibet homines* nûncupantur niſi malis Fira; Sibyllam intellexiſſe tantum majores ſeculi, veluti revera in carmine producit tantum ſcilicet viros, Fyra.

14. Þau/ Þav qvaſi thø pronunciandum, id eſt, *illa, ea*, plurale neutrum Þau & tvau/ in veteri carmine Harmoniam conſonam ſtatuunt. Malè ergo nunc qvidam ſcribunt & proferunt Þaug pro Þø.

15. Fremſtur Adjectivum, *ordine primus*, qvaſi anteriori anterrimus, Fremſt/ ut in hoc loco congruit cum Spioll/ *antiqviſsima effata* ſeu *dictationes*; ante cætera vetuſtas, ſeu præ cæteris.

16. Ek nam/ in præterito; præſenti eg nem, id eſt *novi, accipio, accepi*; unde nám & næme *memoria, cognitio, doctrina.*

2. Verſus ſive Strophe.

Eg nam Jotna ár viñborna
þeir ed Fordum mig Fræddahofdu
Nyo nam eg heima nyo i vide
Miotvid mæran fyre molld ne-
dan.

Novi Titanas natos ſub æra
Qvi me olim erudierunt
Novem novi Orbes novem
fulcra
Centrum majus ſubter
humo.

1. Jøtun M. G. Subſtantivum, antiqviſſimum nomen humani generis in Edda, qvi non eſſent ex ipſis Dijs prognati, velut ſeſe reputabant eſſe, Deorum ſcilicet ſobolem. Qvod igitur in Græcorum comentis eſt Titan, ut Hyperion & Prometheus; id in his fabulis appellatur Jotun. Primitivum autem exiſtimo Hebræum eſſe אֵיתו vel אֵיתָן *robuſtus, fortis*, ut & & יֶתֶר *excellens*; ita n. fere Titaneum natura deſcribitur; noſtres vero majores vocē retinuiſſe Hebræam, Græcos vero pro idiotiſmo ſuo T. præfixiſſe שׁ־ם & qvod hic additur: Ar Ymm Borna (Titanas natos ante annos, vel anteqvam annus nomen meruit. Qvid, circumſcribit magis qvam Titanas? qvi τῦ χρόνυ fuerunt ſynchroni, id eſt Saturni primi qvi cum illis una eſſet cœli filius.

2. Ar / Aar / qvidem *annus* eſt; ſive ſit deductum ab ὥρα *tempus certum*: ſæpe enim antiqvi hanc vocem Or ſcripſere per O; vel ſi per á tenue ar ſit legendum, qvod *æram ſeculorum* denotat, ut in ſeqventibus occurret latiùs. Notandum autem hos Aſas Barbaros omnes & cum qvibus ſibi nil cognatum putabant tales Titanas appellaſſe & Titanicam progeniem; unde qvidam

ſuſpi-

ſuſpicantur qvod patres Hebræos hic citare velit eorumq; doctrinam de creatione, veluti primùm illam bellè incipit memorare.

3. Boren Adjectivum à verbo Bera *gignere, procreare, parere.* Videtur literis & ſignificato accedere ad Hebraicam radicem בָּרָה vel בָּרָא *creavit, procreavit, produxit;* nam qvod primum hominis natum attingit, declarat.

4. Þeir *illi,* er *qvi;* Fordum/, Olim. Hæc patent.

5. Frædda, frôdur Adjectivum *peritus, eruditus;* Fræde/ documenta; ad fræda Verbum, erudire; ita hoc verbum in deponenti genere uſurpat, ſeu Paſſivo præteritum circumſcribens per participium & verbum hofdu *habuere,* nam hic eſt Idiotiſmus nationis, qvaſi, *me eruditum* habuēre, id eſt, fecēre.

6. Nyo/: novem: congruit fere cum alijs Lingvis.

7. Heimur M. G. *mundum,* vulgò denotat *elementarem;* latiùs vero *habitaculum* vel *receptaculum quodvis. orbis* etiam ac *mundus* nonnunqvam Synonyma uſurpantur, idq; hoc loco. Nam novem Sphæras intelligit earumq; Polos. Heimur vero dicitur ab Heime *domus;* unde; Heimi-le *domicilium.*

8. Jvide/ Vidur qvidem *lignum* eſt. veluti & *palus* præfigitur vero J qvod eſt particula intenſiva, velut, & in vocibus, i gillde *intenſum pretium;* Jſurt/: *perqvam acerbum;* Jgrænn/ *valde viridis.* Significat vero *fulcrum* vel *Baſin.* Polum inqvam aliter ſuo idiomate commodiùs appellare non potuit. Novem Polos orbium dixit, nam novem Sphæras & Pythagorici obſervarunt.

9. Miotvid mærann/ miot *medium* ſignificat; unde Egillus Skallagrimur in ſua Ode: mæle eg miot of

mana

manna Siøt/ *loqvor per medium virûm consessorium*, Vidur ut antea *lignum* vel *stipitem* qvasi *intermedium*, id est, gremium terræ, centrum mundi. Addit vero meiran *majus*, qvasi centrum magnum illud dicat.

10. Fyre molld nedan. Fyre nedañ/ id est, *subter, infra, tenus.*

11. Molld, *pulvis, humus*; unde milldur *humatus* apud Poetas. Meistareñ stalfur *Menelaus* do/ milldur Var hañ i grundu/: *Magister ipse Menelaus obiit, humatus fuit in agro.* Dani hane vocem Muld adhuc retinent fere eandem, Denovem Orbibus hæc reperiuntur in Edda Snorronis:

Nyo ero Himnar a Hæd talder
Veit eg hiñ nedsta sa er Vindblaiñ
Sa er Heid þyrnir og hreggmimir
Annar heiter Andlangur himen
Fridie Vydblainn þad mattu skilia
Vidfedme kved eg vera hiñ fiorda (sta.
Hriodur og Hlyrne Hyggiuñ fiøt=

Novem coeli in altum numerantur
Novi infimum quod est Vindblaiñ *aereus, cæruleus.*
Ille serenitatis arx & imbris auctor.
Secundus vocatur Andlangur *Æther, id est, qvi spirat diu ut venti.*
Tertius Vydblain *amplus, coeruleus.*
Qvartus Vijdfedme *a latis amplis passibus, nam* fadmur *passus, orgia.*
Sextus Hriodur og Hlyrne *frigidum & calidum denotat.*

Gymer Vetmimir get eg nu vera
Atta himna upp um talda
Skatyrner stendur skyum ofar
Hañ er utan uñ alla heima.

Gymer *tectorius Hebræis* Gym *tegmen vel operculum.*
Vetmimir *humidi auctor.*
Skatyrnir *quasi extrema turris, existens supra nubes.*

is, Circum extat omñes orbes.

3. Strophe.

Ar var allda/ Ia Imir bygde/
Vara sandur/ ne Saer/ ne svaler vñ/
Jord fanst eva/ ne vpp himin
Gab Gynunga/ enn gras hverge.

Sub æra seculorum Imbrus incola fuit; cum Imbrus in habitaret;
Non erat arena, nec mare, nec venti pelago;
Terra non dum neq; coelum sursum inventa,
Chaos capax, sed herba nusqvam.

Alij sic habent ár var allda Ia ecke var o: *Cum nil esset.*

1. AR/qvoniam A magnum initiale indifferens in manuscripto hic pingitur à Sœmundo, crassum an tenuè sit dubitatur. Si enim crassum, qvasi duplum aar vel ár / *annum*, significat; qvod tamen repugnat sententiæ; Qvomodo enim annum seculorum citaret, anteqvam cuncta essent creata, nec dies, nedum Annus: Si vero A tenue hic legatur, Ar nihil aliud qvam primum unitatis extremum, in tempore seculi o: *Æram* denotat; unde dicitur aur allda/ cum secula retroacta ad initium numerantur; & aurgemler/ in Edda, *homo extremè antiqus* o: *Adam* vel *Saturnus*, ut infra explicabitur in secunda Edda; adeoq; suspicor Græcos suam ἄιραν & Latinos *Æram*, ab hoc vocabulo petivisse, velut antiqvissimo omnium Primitivo ab עָרָה *nudavit, evacuavit*; vacuum enim denotat fuisse.

2. Auld/ substantivum, Fœminini gene: allder in plurali. *Seculum, ætas, ævum,* videtur deductum ab Hebræo pri-

 mitivo

mitivo חֶלֶד *avum, tempus*; nam gutturales ח & ע absorbentur apud cæteras Lingvas. Hinc alldur/ *aetas*, & ellre / ellstur o: *Senior, Senissimus*. Hinc vocarant Tunglaulld *ciclum Lunarem*.

3. Imer/ *antiqvissimum virum* seu *cyclopem* Edda nomine hoc insignit, velut in posteriori explicandum est; Sed ut breviter hic dicam nominis transumtionem, autumo petitam ab illo אִמְבְּרִי *primogenito centaurorum*. Memorant enim Poetæ Ixionem cum Nube seu Nephele congressum, ex ea suscepisse imbrum, qvi primus vocatus est Centaurus. Ita incertum nomen vetustatis præ alio incerto usurparant. Primum inqvam hominem vel potius ipsum μεγάκοσμον intelligit; nam & mundum animatum statuebant: Est autem Imber qvasi ὄμβρος à ῥέω qvod ex *aere* defluat, qvasi ὁμόροος ἀπὸ τῦ ὀμυρεῖν. Sed qvid sibi velit per hunc Imbrum primum ex mortalibus infra occurrit latius exponendum, ne semper hæream in Janua.

4. Bygde in præterito, eg Bygge in præsenti, o: *habito, incolo*; item *extruo*: Atq; hoc sensu hic ponitur, cum Imbrus extrueretur, id est, *primus mundus ante diluvianus* ut infra patefit.

5. Vara compositum est à verbo substant. eg era: *sum*, Præte. eg var/ *fui*, var/ *fuit*; & a in fine adiecto, qvod apud veteres est particula negans, seu privativa veluti Græcis α in principio vocis sæpe est particula steritica.

6. Sandur/vulgó *arena*, ut in mari aut fluvio est, exponitur.

7. Sær & Sẽor/ *mare, pelagus*; à שָׂעַר *horruit, horridus*; Sævar & Seovar in Genit: nunc Sior/ Sios/ in Genit: M.G.

8. Svas

8. Svalet / *aura ventorum*; Sualut Adject. *respirans, frigidus*: Sed svalir plurale tantum, *frigida spiracula loca* denotat.

9. Unn: Qvidam legunt under o: *Sub, subtus*: Sed scribitur velut unnur o: *oceanus ille vastus*.

10. Jørd *terra*, qvæ Hebræis Jod, ob Euphoniam multis vocibus in hac Lingva præponitur, qvamvis natura non habeant; veluti Jafna / Jel / pro el; *nimbus*; Item Jeg malunt nunc dicere, qvam eg.

11. Upp himen qvasi *superum coelum*. Videtur vox Himen desumpta ab Hebræo Schamijm, relicta nempe Litera, molesta scilicet, vel potius Servili, & non radicali, qvia vocem non constituit.

12. Eva / ne / particulæ negandi, cum ᵉ & ne faciunt.

13. Gab Gynunga. Gab / *capedo, fovea, abyssus*, ab Hebræo גֶּבֶא *fovea* deduci potest. Gynunga *abditum Chaos* seu *vastum Oceanum* denotare videtur; nam Oceanus Hebræis Gime, nostratibus geime appellatur; Hinc Gynungar possunt vocari qvi ex illo emergunt ac nascuntur ut ejus filij. Simile qvid videtur, qvod *Gen. 1. v. 3.* abyssus vocatur. Postea sæpe in Edda *extremus Oceanus* vocatur Gynungagab: Item *vastitudo aeris inter coelum & terram*, qvasi alter oceanus, spiritus super facie aqvarum, Gen. 1. ut antea dixi, ex doctrina Patriarcharum petitum, qvos Titanas vocat.

14. Gras / nunc Græs / Græcis χόρτος antiqvum Primitivum.

15. Hvarge / vel Hverge / qvasi Hvar eige *ubi non* o: *nusqvam*.

4. Strophe.

Adur Burſſyner Bodmum yppo
hetr ed midgard metran ſkopu/
Sol ſkein ſunnan a ſalarſteina/
ha var grund groen grønum Laukr.

Anteqvam Primipili *prata levarunt,*
Qvi & ampliarunt æqvatorem,
Sol illuxit circa meridiem
Tunc produxit terra frutices.

1. Burſſyner/ qvid ſibi velit hæc periphraſis, ipſi Aſæ in Edda exponunt, ut ſuo loco videre licet; verum ut id ſummatim hic dicam finxerunt naturæ ortum qvendam Primipilum cui Bur nomen fuerit בּוֹרֵא *creator*; hinc Bur & Bure item Bør: Is filios formavit tres qvorum nomen 1. *Odinn*, de qvo ſupra qvaſi *Adonai.* 2. Vile ɔ: *voluntas*: 3. Ve ɔ: *Sacram numen* qvicqvid autem hiccomminiſcendo delirarunt Ethnici, Deitatem trinam videntur ſapuiſſe rerum cunctarum conditorem fuiſſe; videatur latius in Edda.

2. Bødmum/ Badmur in nominativo g: M: vel Badm N. g. *Pratum* vel *viridarium* ſignificat qvod alibi ex Edda colligitur; latius vero *ora alicuius latitudinis vel margo*, qvod nunc Barmur appellatur. Bama Hebræis eſt *excelſus*, qvo hoc alludit; Zonas enim cœleſtes hic intelligit vates.

3. Yppo præteriti temporis verbum eſt ab, Yppe *ſurſum levo, exalto*, à præpoſitione Upp *ſurſum* ὑπὲρ, ὑπὸ.

4. Mid-

4. Midgardur M. G. qvasi *medij coloniæ.* Ita nomen finxerunt Palatij Deorum qvi in medio cœli hanc arcem sibi extruxerint. Æqvator non incommode redditur seu *culmen ætheris*; nam hac postrema significatione hic ponitur. Vide Eddam.

5. Sòl o: *Sol*, etiam in hac Lingva dictus est sed gen. fæm. contra Maneo: *Luna* M. G. ut ridiculum videatur cum Latini Solem dictum referunt, qvod sit solus & monadica species: Rectius enim dixeris Adjectivum *solus* deduci à *sole* qvum hoc primitivum sit longè prius & principalius atq; cœteris Lingvis commune. Si ad Hebræam liceret referre, dicerem à voce שְׁלִי petitum o: *salvus, felix.* Huc enim faciunt Solis Epitheta antiqvata; unde Carmenculum: Sól myn hin Sæla/ Lattu mig sia Lig o: *Sol beate, sine te cernam.*

6. Sunnan Adverb. de loco, qvasi à *meridie* παρὰ τῆ νότε. Sic Nordan/ Austañ/ Vestan dicitur ventus spirare à qvatuor cardinibus mundi.

7. Skein præterit: ad skyna/ *lucere, splendere, illuminare*, unde Sólskin, *Solis splendor*, dum serenus est æther.

8. Salar Genit. Salur in Nominat. o: *palatium* vel propriè *solarium supernum.* Indigitat vero illud Deorum Domicilium.

9. Steina Accus. Plur. Steiñ in Nomi. id est *Lapis.* Palatij lapides ait, qvasi murum Divi Solarij; hi lapides verò sunt omnia astra cum credantur lumen suum mutuare à Sole.

10. Grund fœm: gen: *tellus, campus*, interior telluris pars, qvasi fundamentum.

11. Groen/ *facta viridis, florida*; eg græ/ *floresco, viresco, cresco*; qvasi inversis literis veniat à ירק *viror, olus*: Hinc Grænn *viridis, florens*; Grænum in Ablativo.

12. Laukur M. G. *fr tex*, propriè *planta pingvis ac deliciosa*. Var þa grund groen grænum Lauke: sensus est, *tunc fiebat tellus germinans virides plantas*.

5. Strophe.

Söl varp sunnan sinni mâna
Hendi hini hægre um himen Jodyr
Söl kad ei visse huar hun sale atte
Mâne kad ne visse huar han megin atte
Stiernur kad nie visso huar kâr stade âttu.

Sol ab Evro advertit Lunæ { *Seu lustravit visibilem locum.*
Dexteram manum circum cœli jumenta { *equina animalia.*
Sol nescit sua Palatia { *ubi jure teneret*
Nec Luna suos novit Lares { *ubi possideret*
Sed neq; stellæ suum locum { *haberet.*

Sudur: *Meridies* a נהל *lumen, splendor; fenestra lucem transmittens*, Ebr: אפרים meridies.

1. Varp præterit: a verbo eg verpe/ qvasi *jcio* vel *conjcio* potius, unde phrases, ad verpa Hog: *conficere sepulchrum, aut bustum*: Sensus hic solem effecisse Lunam visibilem suo lumine. Sic Litverpur dicitur *qui mutat in melius colorem*, Item in Schalda { Verkur Lind { pro *Arbore* *Tilia germinat; colores induit:* } Itimur snerper } *Luna enim* suum colorem a Solo accepit.

2. Synen

2. Synen id est *visum visibilem* å jeg se *vidur* participium.

3. Mâne/ M. G. *μήνη* Græcis, fere idem. *Luna* est qvæ alias dicitur, Tungl/ a Tun/ qvod *Aream* significat, N. G. Gum *Area* nonunqvam plena, nunc vacua appareat.

4. Hægre Hønd. *Dextera manu*, qvasi *Dextror sum*; hic ponitur in Ablativo, præ supponit enim Solem fuisse Meredionalem, Lunam Aqvilonarem; qvalis constitutio Poetis *dextrorsum* vergit, tam Græcis qvam Latinis, etiam huic vati.

5. Himen Jodyr. *Zodiaci signa* hic discribuntur, nam Jodyr vox composita est ab Jo in Ablat. vel Jor in N. *Eqvus* vel *Mulus* qvilibet vel *veredarius*; & dyr *θὴρ fera Animal*: Scilicet currentia signa, *Aries, Taurus, cancer capricornus &c.*

6. Atte præterit. ega/ in præsenti, åt eiga in infinitivo, *possideo, habeo, jure retineo qvod meum est proprium.* Dicit autem Solem & Astra tunc ignorasse proprias sedes per Hypallagen, quia nondum fuit herum observatio apud homines.

7. Meiginn/ propriè *vires*; inde megn/ *robur, vis*, qvasi *potestas* hoc loco; מְגֻן *excellens, eximium*.

8. Stadur/ locus, *existentia*; Stada *statio*; Stødvar *residentia*.

9. Visso Præterit, eg veit in præsens, infinitivo vita/ *nosco, scio*; hinc Danicum Jeg veed & Teutonum Ich weiß.

10. Stiarna/ *Stella, Sydus, Astrum*, qvasi ab (*ἀστέριον*) *ἄστρ*

6. Strophe.

Þa gengu Regin oll a Rokstóla
Ginheilog god omm þad giættust

Nott

Nott oc nidum nefn vmgafu
Morgun hetu og midlann Dag:
Undverdne og aptan árum ad telja.

Tunc petebant Dij Tribunalia
SacroSancta numina observarunt hæc
Nocti & opaco nomina dabant
Mane vocantes, ac meridiem.
Exordium & seriem, occasum
Annorum numerare, initium & finem.

Exhedræ accesserunt

1. Gengu præterit. Præsens Eg geng/ infinit: ad ganga/ *gradior, ambulo, incedo*; inde gangur/ *gressus, ambulatio*.

2. Regin: N. G. Plur: N. contractè: Røgn a *regno*; ita dicta numina Ethnicorum, qvæ cuncta *regerent*.

3. Rokstola. Rok/ qvasi *Rex*, vel *Regale*; *magnum qvid* ac *grande* significat; inde ad huc in usu est Rokseme magn *animitas*, seu *Regalis liberalitas*: Røgg/ *vehemens virtus* peragendi aliqvid.

4. Stoll M. G. *sedes, Sella, thronus* hic *regalis* nominatur.

5. Ginheilog; unde ortum sit hoc vocabulum Gin/& Gan/ qvod antiqvis est κακοζηλίας nota, ceu *Magiæ* variæ sunt conjecturæ; significat autem *vim & potentiam* aliqvam stupendam ut ex pluribus locis colligitur; mihi proximè videtur accedere vocabulum illud Hebræum עָרְבִי *præstigijs usus est*, vel *fascinavit*; unde sic augures dicti. Idem petunt Græci,

Græci, nam & hi μαγγανιαν, id vocant, nam ג & ש cognatæ sunt Literæ, unde eadem vox nunc hac nunc illa scribitur ut Homer vel Gomer genus mensuræ & multa alia. Nostrum Idioma idem sapit; at ginna/ fere est idem ac *fascinare*, nec injuriâ sic vocantur Numina, siqvidem hominum intellectus eorum magnifica potentia *fascinatur*.

6. Ginheilog autem vocat qvasi *stupendè sancta*, vide supra Heilagur.

7. God N. G. per O tenue legendum, *Deus* Ethnicorum, Lingva Item Gaud. Nomen *νεjovis* aut κακοδαιμόνα, revera cujus loco. Christiani Gud dixere ut aliqvid differet. Nec possum non putare & hoc ab Hebræis mutuatum fuisse velut primitiva cætera subtilissima, tanqvam a sua matrice, viri nomen גד Gad. Repperimus qvod nonnulli benè felicem exponunt, Lexicon Hebræum Martem sic vocari tradit, sed hinc a Gud descendit goodur *bonus*; Gæde *bonitas*; item Gode qvasi *Deaster*: qvi ministerio Deorum præest Religiose:

8. Giætlust/ *de hoc inqvirebant*; in præterito Deponentis positum.

9. Geta est *perqvirere*, *Divinare*; unde Gâta/ *ænigma*.

10. Nott Fœmin: gen: *Nox noctis*; & νὺξ νυκτὸς, videntur eodem pertinere.

11. Nid/ *crepusculum*, *obscuratio*; nida myrkur o: *Invalentes tenebræ* veluti cum Luna deficit aut extremè decrescit, vide infra in interlunio.

12. Morgun/ M. G. *Matutinum tempus*, a Morgun *cras* מָחָר *mutatio dierum*; alias myrgen hanc vocem scripsere.

13. Heita qvod Tevtonum Heißen idem est, *appellare vocare*, unde Heite *nomen* proprium cujuslibet rei N. G.

7. Strophe.

Hittust æser á Idavelle
ker ed Horg og hof hátymbrudu
Afla Logdu aud smydudu
Tangir skópu og tól giordu.

Convenuerunt *ἄισαι* in Ide campo,
Qvi penates & Delubra extruebant,
Fornacem po'uere, nummum creabant
Forcipes fecere & fabrilia.

1. Hittust/ præterit. passivum, à verbo Activo, eg hitte id est *fendo*, *repperio*, *invenio*, Pasſive, ad hittast, id est *convenire in unum*;

Viri nominis a Seculo Cen: 6. 2. Æser Sic appellantur hic duodecim Dij Majores gentium, deqvibus vide appendicem *Mythol*: Nata: Com: Græcis qvidem vocabulum hoc *ἄισαι* non fuit ignoratum; Sed Numen Parcarum hoc nomine insignitur a Poetis. Odinus vero & ejus asseclæ duodecim pro confirmanda sua Idolomanthia, se ajebant eos esse vel eorum vicem obire, adeoq; similia nomina & artes sibi tribuere, prætendentes, qvod ex Asia, id est *terra Deorum* essent oriundi; Asa & æser se appellantes Patronymicè, in singulari Aas As/ qvod fuit Diis commune omnibus ita appellari. Sed posteri *κατ' ἐξοχὴν* Odinum ipsum nomine intelligebant, unde Ethnicis nostris majoribus

foribus hæc fuit norma Jurandi; So hialpe mier hiñ helge As Freyr og Niordur; *Sic me juvet Sanctum numen scilicet Odinus*; & cæteri postea qvodlibet numen fictilium seu demones etiam ás vocarunt; unde in Niala/ Swynafells ás/ & in alia historia Bárdur J Jokle/ Snæfells ás, appellati sunt. Huc qvæ vulgo obrepunt: Glymu ás *Palestræ numen*, draumás *Somnioru n numen* seu *Dæmon Phantasiæ*, *Enthusiastarum*; Item Heffne as qvasi *Temessius*, *genius*:

3. Jdavellur, vocatur hic locus, *Prima conventicula* ubi Deorum sint cognita qvasi *campus Idæus*. In Creta hunc locum notari necesse est qvæ incunabula Jovis dicta est, & eum cæteris men orat hunc montem Virgilius Lib.3. AEneid.

Creta Jovis magni, medio jacet insula Ponto
Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ

Qvod & Callimachus seu ejus interpres refert in Hymno,
Jupiter Idæis Ajunt te montibus ortum; item Diouisius
Creta Jovis magni nutrix veneranda feraxq;
Et frugum & pecoris, nemorosa huic imminet Ida
Ida freqvens pieris, & qvercubus optima mater.

Qvicqvid vero varia commentà Poetarum tradunt de Idæa planicie; Ida monte; Jove Idæo; Idam Domicilium Deorum faciunt; uti Adonis hortos vel ipsam Eden: Gen: 2. hanc spectare vocem vel recipere veri similiter putarem, de qvo alibi plura, vide etiam App: Mytheol: Nat.

4. Hørg *Penates* vel *Lares* vocarunt etiam ipsos Deos sculptiles, rationem nominis nullam hic infero, qvia novi omnes a me illatas non probari singulis; cæteri cætera addant.

6. Hátym

חָרַשׁ *in-* 5. Hátymbrudu: Tymbur *Lignum* N. G. inde hoc ver-
terfecit bum qvasi in excelsum lignea materia fabre facta extruxe-
Heregin- runt.
bemera. 6. Hof/ *Phana & delubra seu templa* vocarunt Majores, cætera ante uno vocabulo exposita patent.

8. Strophe.

Tefldu i tune tefler voru
Var keim vettergis vant vr gulle
Vns Kar komu þursa meiar
Amatkar twær vr Jotunheimum

Hic ad literam exponitur verbum ex verbo,

Talis luserunt in Area, Hilares erant (Scil. Dij)
Erat illis nulla offensa de auro
Donec illuc venerunt Cyclopicæ virgines
Perpotentes Duæ è Titanum mundo seu solo. — Twær id est ἄλη & δυὴ qvorum pernicies πῆμα.
Antea dimensionem Magis observavi qvam verba, sensum tamen semper exprimens:

1. Tefldu. Tafl N. G. significat omne ludicrum inventum veluti sunt, *Tali, jactus Talorum, mucum &c. Alea Latrunculi* seu *Scachia* Skák; usitatissime Tafl Appellatur, hinc illud verbum ad tefla id est *latrunculis ludere invi-cem a* חָבַל *orbis, Tabula,* & Tafl ductum.

2. Tun/ *Area, ager.* N. G. sepibus circumseptum: *Hortus a* Thav, *Terminus* qVasi *terminatum* תָּאָה *determinavit*, thavah & thavon

thavon, *terminus determinatus*; videtur vt hic alludere ad Dactylos Idæos eorumq; Ludicra.

3. Teitur Adjectivum τιθ· *honestè lætus* ac *gestiens hilaritate* veluti *modestè Ebrius*: Dij scilicet; nectare exhilarati, sed substantivum Teitur *hinnulum* significat, vide in Hávamálum.

4. Vetterge / vox est composita a Vætt *inimicus Genius*, ! יֵצֶר vel *nocivum monstrum* κακοδαιμόνιον, ergt *libidinem* significat ab ὀρέγω *appetivi appeto, extendo, cupio*, qvasi malam petulantiam libidinis dicas. vit.

5. Vant / *casum*, videlicet Dij ὀργημαΧῖτα caruerunt: vulgaris est parœmia; tuo ero Hôfitt / off sem vant / og ratar heimstur hverke / id est *duo sunt moderationis termini, nimis & nihilum* scilicet agere, *neutrum vero stultus collimat, excessum ac defectum uon observat, virtus in medio sistit.*

6. Purs vel Puss qvasi *Thyrsis, cyclops, centaurus*; qvas vero vocat Pursameiar, *Cyclopum natas* videntur intelligi Ate atq; Pandora, cyclopum ministerio conditæ a Vulcano qvi hos habuit ministros, vid: Mythol: Nat. I. Com. Thyrsis idem, qvod Tyrannus originatione, vide supra.

7. Jøtun heimur / in fabulis depingitur tanqvam *extrema mundi ora, opaca, atq; Gyguntibus & Cyclopiis propria*, veluti *orcus terrestris se superior*, vid: in Edda posteriori. Hinc læsionem Aten atq; Pandoram malorum matricem advenisse ait, seu furias ipsas; nam qvidam legunt hic tres illas fuisse, iram nempe cum invidia, ardorem habendi ac spurcas voluptates in Cyclopicis ingenijs. Jotun heimur Romanis *Cymmeria* & *Cymmerij incolæ* qvi ad Pontum habitarunt sub cœlo crasso & nebuloso; unde *Cymmeriæ tenebræ* dicuntur, pro densa caligine qvales in Jotun heim/ postea *Cymbria* Jotland appellatur.

 9. Skro-

9. Strophe.

Gen gengu Reiginn Øll a Raukstola
Gin heilog god Giættust at vm þat
Hvor skyllde duerga drótt of skefia
Ur Brimis blóde oc Oláins Leggium.

Drott: *familia à δράττω prehendo, & Drottin Dominus, Herus familias* Rex, Drottning *Regina*.

Iterum gressi sunt Dij in Exhedras
Sacrosancta numina sciscitantes illud,
Qvis debeat Faunorum plebi præesse, vel discernere eam
Ex Brimeri sangvine & Blavis calamis scil. prognatæ.

a. Vergar *Faunos Silenos* & *Satyros* nostræ fabulæ sic appellant, a staturæ brevitate; nam Dverg *Tigillum* in ædificijs proprie appellamus, brevi mensura tignos sustinens ac elevans; pinguntur enim Dvergi curtis cruribus & longis manibus ita ut terram attingant digitis cum stant recti, atq; natio talis fuisse creditur Mechanicæ artis & fabri faciendi summè gnara & solers; verum hic depinguntûr illa nomina, qvæ memorat Ovidius Lib. 1. Metamorph.

Sunt mihi semi Dei sunt rustica numina Fauni
Et Nymphæ satyriq; & monticolæ Sylvani *&c.*

Qvasi θεϊεργός dictum putarem; *Deorum operarius a* θεός & *ἔργον opus,* qvia sic describuntur Mythologicè, qvemadmodum naturales qvalitates & dimensiones. Qvod vero hos na-

vos alt ex sanguine Brimeri & Blavis Calamis, hoc mihi videtur cum Græcis fabulis congruere, siqvidem hi tale qvid de eorum origine commenti sunt. Minerva primum tibias inflare repperit, cum vero ad Lacum qvendam se flantem conspiceret in aqvis ac tumorem buccarum suam pulchritudinem deformantem cerneret, indignata tibias in Lacum abjecit, ubi postea producebantur, Dicitur vero Marsyas, Phrygius, illas invenisse, ac Tibicinem egisse, artis inventionem sibi vendicando, cûi irata Minerva, Apollinem Citharæ cantu instructum opposuit; hi duo in certamen venerunt, ea conditione, ut victus a victore, qvicqvid vellet pateretur; sed factum ut primo æqva arte lusisse viderentur, hic citharæ pulsu, ille Tibiarum inflatione: Deinde Apollo vocem & verba Citharæ addens, ab omnibus superare judicatur. Marsyas vero urgere, modulatione instrumenti tantum esse certandum illis: Regerit Apollo, & tute adde vocem tuo, nemo prohibet; id vero cum ei esset impossibile simul flare & canere, victas manus dare adactus est. Illum ergo de pinu suspensum Apollo excoriavit & in Lacum postea abjecit, qvi ejus nomen cum fluvio retinet. Ex hujus autem sangvine Satyros fuisse natos scripserat Agatarchides in rebus Phrygiis: atq; hunc Marsyam, a io nomine Brimer vocatum, videtur vates hic memorare, atq; ad hanc fabulam alludere, qvam vide integram in Nat. Myth: Cætera vero de Dvergorum prosapia in seqventibus & in Edda posteriori. Strabo Silenos, Satyros & Tityros fuisse Dœmones dixit, cæterorum Deorum ministros esse creditos: Crediti sunt tamen mortales Sileni, qvippe qvorum sepulchra apud Hebræos & Pergamenos ostenderentur

ait

ait Pausanias ut idem esse videantur qvos nostrates alfa/ qvasi Halfur *semi homo* & *semigenius*: Nam Halfur est *semi dimidius*, qvasi corpore humano, anima vero diversa vel Dæmoniaca, Divina olim credita.

10. Strophe.

Par Miotsogner er mætstur vm ordeñ
Dverga allra eñ Durin añar
Per mañlykan mørg vm giørdust
Dvergar J Jordu sem Durinn sagde.

Hic potissmius factus
Silenorum omnium Tityrus secundus
Qvi hominum Simulachra multa fecere
Nani in terra velut Duro dixit.

1. Miotsogner, *medium petens*, prima fronte dictio sonat, verum Miödsogner/ alibi scribitur, & tunc *musti-sugam* denotat & posteriori Edda Miodvitnir/ id est *musti* vel *mussi Lupus* qvasi *Helluo*, qvæ nomina Silenum illum Senem Bacchi alumnum semper ebrium mihi repræsentant, is etiam primus fuit inter Silenos & Satyros. Virgilius:

Inflatum hesterno venas ut semper iaccho
Silenum pueri somno videre jacentem.

Ovid: 2. Lib: art: am: *Ebrius ecce Senex pando delapsus Asello.* Hunc Lucianus Senem fuisse Calvum Simum, brevis staturæ corpore obeso & ventricoso, auribus magnis & erectis

erectis, tremulum. Itaqve omnia qvadrant in noſtros Dvergos, Nanos, ſeu Pumiliones ut qvi tales viſi in Hiſtoriis dicantur; Silenum Satyri ſeqvuntur

Clamarunt Satyri: Surge age, ſurge Pater.

2. Durin vel Durin / *Tityri nomen* contractum refert, vel *Satyri*, ſive Duro ſit aliud qvid his antiqvius, unde illæ ſint orta ex his humanæ facies Nanorum in Humo procreatæ dicuntur.

3. Mætſtur Syncopa eſt pro mætaſtur in ſuper'ativo *potiſſimus* a mætur / *æſtimabilis, pretioſus.*

11. Strophe.

Nør of Nide Nordre/Sudre/
Auſtre/Veſtre/alþiofur Dvalin
Bivor oc Bavor. Bumbur/Nöre/
Aan oc annar/Ae/Miødvitnir.

יֶעַר Novus, nihilans, Boreas, Eurus,
Auſter favonius;
Scilicet cardines naturæ
et conſtitutiones.
Cætera vide infra.

OPpoſitæ appellationes hic indigitant contrarias qvalitates; nam novus & deſinens primum opponuntur qvaſi ortus & occaſus, cæteri qvatuor cardines mundi denotat; vide in Edda poſteriori.

1. Alþiofur / hæc vox *publicum furem* ſonare qvibuſdam videtur, qvia particula al / *ſignum* eſt τῦ παντὸς; & þiofur eſt

est *Fur*, sed rationibus & documentis destituuntur qvi hoc Etymon extruunt. Ego possum hoc legere: ald jøfur id est *secularem Regem* seu *vejovem*, sed qvoq; documentis careo cur sic sit appellatus. Aliqvid vero altius sub hoc vocabulo latere autumo, idq; revolvens qvod telluris nepos Diophorus juxta Pausaniam e petra calefacta pregnanti natus inter semideos fuit reputatus; hunc crederem hic memorari. Vide Mythologiam Latinam, Additur v: altanqvam manifestalis causa, qvia contrarium seqvitur.

2. Dvalenn/ *occultus* vel *durabilis clancularium* denotat veluti *præcedens manifestum*: Hic vero Faunus est, vide infra.

3. Bavor of Bivor id est *repugnans* & *appetens*: Bifur alias scribitur, idem ac *Satyrus ἀ σάθη appetitus libidinis*, unde ad huc phrasis nostra: Mier er einge bifur a Brude id est *non appeto Nympham seu puellam*; vicissim Bavor / nunc Bagur/ *fastidiens*, *abstinens* & *repugnans*, vide Lexicon Runicum.

4. Bumbur *tympanicus* a Bumba *tympanum* qvasi matutinus qvi organo hoc excitatur, contra Nore *crepusculanus*, hic dicitur *noctis pater* & *nox* Nori filia, nott var Nörr borin scilicet ex *umbra terræ*, poetis Chao vel Erebo nata atq; perinde hæc vox Nore sonat ac *inferum inferiorum*.

5. An og añar *unus* & *alter* vetusto sermone est consonum.

6. Ae in Edda Hae id est *celsus*, *procerus* qvasi *Antæus*.

7. Miødvitnir/ Miødur *mustum* est seu *qvævis dulcis potio cerevisia* ab Hebræo mod*k*/ medek *dulce dulcedo*.

8. Vitner *Lupus* pro *vocari* sæpe ponitur adverbialiter. Hanc vocem in Silenum qvadrare dixeram atq; illustrior Miøtsøgnir/cum hac æqvipollens qvibusdam videtur mustivorus

vorus qvasi *vini fuga, belluo, bibo.* Alias miøt/Egills drafu/mæli eg miot vm manna fløt/ *medium* denotat: Sokner vero *apprehensorem* ut *qvalitatem mediocrem* dixerim denotare in medio qvielcentem lecus qvam leqventes, qvi oppolita lunt extremis duobꝰ.

12. Strophe.

Veigur og Gandalfur / vindalfur / hrain
hækur/horiñ / hror/litur og Vitur/
Nar og Nyradur (nu hef eg Dverga
Reigiñ oc Rädsvidur) rieett vm talda.

1. Veigur/Veig/ *nummus pecunia* qvasi *Plutum* hic recenceat inter nanos Dverga; ut pote qvi terra natus in terra ut illi habitet.

2. Gandalfur *præstigiatorem* significat a Gan *præstigiæ* & alfur qvorum utrumq; vide lupra. Gandreid *fascinatum iter* & cætera ejusmodi in Lexico Runico, artem & opes hic opponit.

3. Vindalfur qvasi *ventorum numen* Æolus. claula regnans aula montium; hunc inter nanos numerat, qvod nil altum moliatur.

4. hraen & hrär *contumacem* & *rebellem* significat veluti Tritona Neptuni filium, qvi & hriotur nobis vocatur; contra lcil: oppolitus Æolo, qvi eſt levis & impetuolus alter vero Entellus.

5. hækur/*gratum, acceptum* significat.

6. horiñ *magnanimum* denotat.

7. hror qvidam rectiꝰ Leguntdrør id eſt *tornator* tin dreyer.

8. Litur, *color, Baphicus.*

9. Vitur *artificiosus sapiens* eſt.

10. När *cadaver* qvasi *privativum.*

Nyrádur *novi consilij structor* scilicet post privationem seu corruptionem Generatio alterius.

11. Nu hef og Dverga riett vm talda hac parenthesi inclusa inseruntur; *jam nanos ritè enumeraveram.*

12. Reiginn / *violentus*, Radsvidur idem ac Radsvinnur / *consultus placidus* qvod Reginn *violentum* significet, Exemplum habeo in Olkofra þatt; Gudmundur hinn dyre sagde / qvando ei tuit a cæteris impositum, all miog hefur sa madur dreigid Bust vr nefe voru / enda ryþ oss vid Ron og Reiginn a so giore Ofan.

13. Strophe.

Fíle; Kíle; Fundín Nále;
Hetti; Vili: hánár Svior
Frár Hornbore/Flogur/ Lone
Aurvangur oc Ekinskialldr.

φύγ⊕ μύτ⊕, repertor, sartor
Nominans: volens: simus, urens
Celer. tardus volucris, lenis
In terra degens & navpegus.

1. Hornbore *cornu terebrans* circumscriptivè *tardus est.*

2. Flogur *volitans levis*, contra Lone *remißus*, servile nomen est: qvasi *humi serpens Talpa, Geta, mancipium.*

3. Avr / a prima *ara continuitatem* significat. Vangur *terræ Solum*, hic assvetum Agricolam scilic: in arida terræ Regione versari exprimit. Alij Codices hic habent fra svarens Hauge id est ex *humi tumulo* seu *colle*, proprium nomen cujusdam tumuli in Dania.

4. Eckinn

4. Eikinskialldi Eik: *navis, navium machinator* est. De harum fabularum ratione Mythologia alias consulatur.

14. Strophe.

Mål er Dverga J Dvalins lidi
Lyda Kindum til Lofars telia
Feir ed soktu fra Salarsteini
J Aurvanga siot til Joruvalla.

Tempus est Nanos e Fauni familia
Populi filijs pro auspicato anno numerare:
Qvi perrexerunt e soli cautibus
Ad agricolas in agri jugera.

EXprimit alias Edda antea numeratos Nanos supra terram degere, hos vero in ipsa terra educatos telluri plurimum conferre, & esse ex familia Dvalnis/ qvem ego audacter per *per Faunum Latinorum* Latinis exprimo, quia utriusq; officia convenire videntur. Tradunt enim Romanæ fabulæ Faunorum & Satyrorum patrem Faunum filium habuisse Sterculium qvi primus agrorum stercorationem invenit, & hi crediti sunt Dij agrestes seu Numina agriculturæ Virg. Lib. 1. Georg.

Et vos agrestum præsentia Numina Fauni.

Verum qvidnam de his Faunis commiscicatur Völva / altius rimemur, atq; num aliqvid tale referat de ijs, attendemus.

1. Lofar / *auspicatum annum* seu *plausibilem annonam* qvidam hoc scribunt, legunt, ac intelligunt; verum ego memini me

Loisar vidisse hoc scriptum, atqvè hoc modo exprimit mihi Vox Loif *Cererem* seu *panem ex segete compactum* : Alia Vox ar / arationem ab *aro* eger / erja / *arare*; ar ardur / *aratrum, agricultura* ut sensus duûm primorum versuum *tempestivum est* seu *ad rem facit Satyros ex Fauni Familia* oriundos enumerare, *pro humani generis agricultura* (memorando).

2. Salarsteirn *subdivaliorum petra* est, qvasi *sub Dio*, supra humi petras, hi sint educati; & usurpati in agri commoda. Hi in pulvere humi habitare dicuntur, cæteri in Saxis.

3. Aurvanga sløt / *agricolarum sedes* vocat, qvod arent terram, ab *ara*, assveti fixas sedes in solo Regionis habere, non velificantes.

4. Siøt *sedes* est; mæle eg miøt vm manna fløt i Etgills drasu o: *eloqvor per medium consessorum virorum* Aurvangur *vide supra*.

3. Joruvalla *Jugera camporum* sic vocat: qvod *sulcis arantur; æqvora æqvorum*, vel potius *aratrorum planitiem* denotat.

15. Strophe.

Par var Draupner oc Dolg Frasir
Hár Haugspore / Hlevangur Gloe
Skyrver Virvir Skafidur ae
Alfur Ingve of Eikinskialldi
Falur / frosie Fidur Ginnar
Dore Ore Dufur Andvare
Hepti Filli Haar Sviar.
Þat mun vppi medan olld Lifer
Langnidia tal lo fars hafad.

Ibi erat imber & ventus
Linisator, sullator, oc: ator frondator

Flori

Flori faciens, vivificans, pingens, qviescens
Alphæus, Jnuus, Sylvanus
Marcescens, gelidus, deplumans, sulcans.
Cæteros vide Edda posteriori
Jstud erit palam dum plebs vivit
Nepotum numerus (altum) ab annoa petitus.

1. Draupner *destillans*, à verbo driupa *stillare, diffluere*; eodem nomine in Edda insignitur *annulus pretiosus*, de qvo qvavis novena nocte alter annulus ei similis ac aureus defluxit tam grandis atqve gravis tantiqve aurei ponderis acipse erat; sed *imber* seu *pluvia* hic notari videtur sub Nani fabula.

2. Dolgfraser; dølg vel dogl vocarunt *vexillum* antiqvi ab Hebræo דגל, & dolgut *vexillarius miles, illud portans*; unde in Niala/ mælltedogla deilit: dådum rackur sa håde.

3. Fraser; *veles, velitans* a Fras / *rixa*; venti itaq hic est periphrasis nempe qvi vexilla ventilat, atqve ijs vim facit.

4. Haur; *Lini seges* est, qvod vocabulum adhuc retinetur; Danicè Hør; veteribus vero fuit qvælibet *crinium seges* seu *messis*, maximè vero Lini, unde in Apologo Eddico om Reg: Ja tok moder merktan duk/ Hvytan af Hørve/ oc hulde Bord o: *Tunc sumpsit mater signatam mappam, albam ex lino & opperuit mensam.* Vicissim in eodem Apologo pro *capillitio* ponitur hæc vox: Jod ol Edda Josu vatne/ Hørvut svarta heitu Thræl: *Puerum (infantem) peperit Threys, tinxit aqva canie nigrum; qvem appellârunt Servum*, vide infra in ipso apologo isto.

3. Haugspore/ *tumuli fossor*, ab Hogur *tumulus* & spor *vestigium* cujuslibet organi fodinas videtur hic exprimere.

6. Hlevangur; Hle *locus opacus*, *Lucus*: vangur *terra*, alias vange *mala* seu *gena axilla*, sed extra.

7. Gloe *fulgor* est, seu *nitor* qvalis in metallo datur, transsumptive Chirothecæ sic appellantur; Gloar: þadcr ei gul sem gloar allt/ Gendill riedi mœla ɔ: *Non repntes aurum, totum qvod splendet ut aurum*; Glofe pro *Chirotheca*, Klofe vocatur in Edda: Jarn Klofar/ a *curvatura manus*, seu *sudo digitorum*.

8. Skyrvir, ab Adjectivo Skyr/ *clarus*, qvasi *lustrator* hic positum.

9. Virvir a *vireo, viridis, viridarius*, qvasi *frondator ad auras*.

10. Skafidur/ ab Hebræo putarem petitum שָׁפַת *disposuit*, seu *collocavit in cineres*; unde שְׁפַתַּיִם *Lapides focarij* seu *fornax*; Danice Gløder/ qvalia versant Dvergi fabri vulcanici.

11. Ae *strigator*, *respirans*, verbum adhuc in usu est; at á seu œia/ id est *facere jumenta interqviescere*, & afanga vocant, qvod Rustici Latini *strigam ferè*, *respirationis spatium datum* his post absolutum sulcum, nobis post milliaria aliqvot emensa. Strigare Eqvi dicuntur in actu intermittendo, Legum codice: Riett er mønnum ad œia ríkum synum / Jar sem ei hefur adur sleigid verid/ ɔ: *aqvum est viris strigare faciant jumenta*; *ubi antea non fuerat foenisecium*; Pabulum vero si illis manu præbetur vocatur á Fódur. in eodem legum Codice *Strigillare* est *remorari*. Sic etiam ad œia vel ad á ab ἄωω: ἀΐω ɔ: *respiro*, notante Christiano Bechmanno; ergo áe *strigem* seu *pausantem* denotat Latinè dicendo.

12. Alfur qvasi halfur/ *Dimidius* vide supra. Sic alias vocantur in Edda *Dæmonia*, qvæ dividuntur in Liosalfa qvasi *lucis Angelos* & Svartalfa ɔ: *tenebrarum spiritus*; Verum hæc species

alforum

Alforum putata est non esse mere spiritus, nec nudi homines, sed medium qvid inter Divos & mortales: atq; Dock-alfar dicuntur in Edda *in Tellure habitare*; Liosalfar vero *in æthere*. Ap: 22, Hæc vox & opinio adhuc apud vulgum retinetur ut vocitent alfafolck / *qvos in petris ac tumulis, colibus ac rupibus habitare per Phantasiam cernunt*; alias Landbuar. Dani Gaard, Bue etc. qvales & illi de qvibus exprimit Poeta:

Maxima monticolae veniunt ex rupibus ad nos.

In Islandia talium exemplorum crebra sunt vestigia, monumenta; fabulæ vel eventus recitatæ, de qvibus alibi si placeret. Ovid. 1. Met:

Sunt mihi semidei, sunt Rustica numina Fauni
Et Nymphæ Satyriq; & Monticolæ Sylvani.

13. Ingve hoc nomen ab *Jnuo* certe petitum est qvi erat Pan, Satyris scilicet valde similis forma, & affinis natu apud Arcades; De qvo sic Livius Libro 1. Jam tum in Palatino monte Luperçal hoc fuisse ludicrum ferunt, & a Palanteo urbe Arcadica Palantium, deinde Palatinum montem appellatum. Ibi Evandrum qvi ex eo genere Arcadum, multis ante tempestatibus ea loca tenuerat, Solenne allatum ex Arcadia instituisse, ut nudi juvenes Lycæum Pana venerantes, per Luxum atq; lasciviam currerent, qvem Romani postea Jnuum vocarunt.

Invus, Ingvi ut strennus, streingur. g. inseritur ob Euphoniam.

14. Eikinn: *Sylvanus* ab eik / *arbor, Sylva*; duo enim hæc esse nomina exprimitur in Edda posteriori; possit etiam hoc nomen accipi pro *lignario fabro*.

15. Skiallde a *Scuto* vel *clypeo* denominatus videtur, alias *pelle sparsi coloris Animalia* vocantur Skiallde/ a *rotundis maculis* instar *Parmæ* vel *clypei.*

16. Falur *fulvus* seu *flaccus* est qvasi *marcidus*, nam at følna est *marcescere*, *defrondari*, qvasi Autumnum hic denotet, dum folia flaccida defluunt rursum.

17. Froste; *Gelidus* a *Gelu* Frost qvasi *frigor*; heimis loco supponitur autumno. Nota qvod veteres annum ab Autumno inchoavere & hiemem præcedere æstatem statuêre; Ovidius: *Ver præit æstatem; cur æstas ipsa senescit.*

18. Fidur qvasi *plumator*; Fidur enim *pluma* est; hic *ver* denotat, qvo arbores recipiunt frondes; aves plumas veluti reparant, ac flores renascuntur instar pennæ: Hic aliàs scribitur finnur unde finnar ejus Soboles.

19. Ginnar/ *nubilus* a עָיבָה *nubes*, *pluviæ*, qvas sub septentrione per æstatem maxime cieri videmus; nobis autem hodie Gina est *serenitas* seu *serenatio turbidi coeli inter nubes*, item at gina til o: *serenare.* Multa qvoqve Hebræa dantur qvæ interdum radici contrarium notant.

Dorra *extensus ac porrectus brachius quasi basta.*

20. Dore/ *hastarum faber* seu *armorum a δορύ hasta, militis arma.*

21. Ore *Sagittarius* vel *telorum faber ab* Or / *sagittæ*, *telum.*

22. Dufur o: *ursinus* a דּוֹב *ursus* qvod vocabulum in historijs nostris ad huc retinetur, Biarndyrid La a dosine. Nam døf est *habitus* seu *status* ursi recubantis, semisedentis, ut illi mos est. Vide alibi dufpakur proprium viri in Onomastico.

23. Andvare dictio composita, ab and id est *ἀντὶ contra adversus*; ut andsœlis/ *adversus solem*, andvidris *adversus ventum*; andstreimis/ *adverso flumine*, andsœris etc.

24. Vare

24. Vare est Var, *providus, prudens*, unde in historia Rolvonis Krake; qvidam Regis iudex in vitæ periculo hæc occinebat, var ſlo nagla og var høfdadi / og var nagla ſlo. Sic var nagle *Antidotum* vocatur vel *præoccupans consilium* item Havamalum; varan bid eg þig vera en ecke ofvaran. Significat ergo andvare *recalcitrantem vi* vel *consilio*.

25. Hepti/ *furibundus* ab Heip/ *furor, capitale odium*.

26. Fili/ hic alibi ſcribitur fidi. Notandum vero Tuſcos Latinos dixiſſe Fidius pro *filius* φίλιος, à delicijs parentum.

27. Haar o: *lebes, cacabus* qvaſi Kidelmacher *ahenum* ab *aere* dictus. Hos adhuc apud vulgum reperimus vocabula iſta: Haor *Lebes, climacter*; Hoband & honef *ſuſpendiculum* ſeu *perpendicularem*, qvo cacabus ſupra focum pendet instrumenta coqvaria vulgi, at in vetuſtisſimo Apologo Eddæ ipſum *cacabum* videtur ſignificare J. Rigſgongu: Jn van at ganga elldur a golfe/ hiôn ſatu a þar Haor af iarne; vide infra. *Clymacter ſer rem.*

27. Svior *ignarius* eſt, Fyrbødir / à Syor in Edda vel Sivr o: *Scintillæ* vel *flamula* ab Hebræo Ziroth *flamma ſcintillans*; vel ab ἐσχάρα, vide ſuo loco in Edda poſteriori.

Tantum de Dvergum proſapia.


16. Strophe.

Uns þriar komu vr þui Lide
Aſlgar oc audgar aſur ad Huſe
Fundu a lande Lytt megande
Aſk og emblu/ orlog lauſa

Donec tres venerunt de illa cohorte ſeu grege

Hus Þin foris vicus platea i Bys

Potentes & Divites Asæ ad ædem seu penates
Repererunt in regione parum validos, imbelles
Virum & feminam fatis sine.



1. Að / particula, *usque dum, tandem, donec.*

2. Lið, N: G. æqvi voca vox, usitatissimè vero significat *Excercitum* seu *agmen*, certum ducem seqvens ac stipans. Skallda: Lið heiter Mannfolk id est *virorum caterva* primariò.

Lið heiter Öl id est *cerevisia*; vide in Háva málum: Siallðan hillir leiður Jlið / *invisus raro acceptus inter pocula.*

Lið etiam Skip / *navis*, a Leið *via.*

Lið præterea Liðsinni / *Opem* significat (*auxilium*) in Edda.

Liður vero M: G: *artus* est sive *articuli ipsi* in Skallda; sed ego suspicor hic intelligendum L aspiratum in principio qvod freqvens fuit veteribus L. & r. implicite aspirare; nam Hlið N: G: *portam* vel *ostium* significat vel *Januam*, Hlið vero *alterum latus, dextrum vel sinistrum*, fæm: g: Hliður Masc: G: *taurus, bos*; Hlyð f: g: *clivus*, Brecka.

3. Aff qvoqve vox æqvivoca, si Masc. gen: *fornax clibanus* est, sin fœm: gen: *potentiam virilem, virtutem, robur*; hinc adjectivum Öflugur / & per Syncopen, Öflgur / afflgar pl: sic audgar / ab audur / *divitiæ, opes*; audugur *opulentus* ἄισιν ἄισαι qvasi *fatiscia numina*; sic vocarunt Ethnici suos Deos: Qvod vocabulum Asiatici Heroes sibi accommodarunt, cum essent ex Asia oriundi; nam Asia אִשָּׁה *solum Dominum* significat. Vide supra in expositione propriorum nominum.

4. Aff *virum primum* primæva sic nominatum lingva ostendit אִישׁ *vir*, Hebræis similiter viventium mater *Eva*, mortalium parens.

5. Eui

5. Embla hic appellatur ab אמי *mater*, amma; dimi. nutivum Embla. Hi a progenie Bura id est *creatoris* extructi in homines, hic dicuntur.

6. Ørløg *fatum* ab ør vel ar *æra, primordium* & Løg leges qvasi *cujuslibet lex*, Parcarum stabili lege, natu firmata; nunc vulgo vocant forløg / sed minus hanc vocem usurparunt veteres; Invenerunt in terris virum & matrem, primordio fatali carentes sensus est.

17. Strophe.

Ønd þa nie hofdu ôd Þav nie hofdu:
Lâ nie læte nie Litu goda
Ønd gaf Odin / ôd gaf hænir
Lâ gaf Lodur og Litu goda.

Animam tunc non habuerunt; nec logon
Nec rationem, sensus, nec colores
Animam dedit Odin λογον Hœner
Vegetationem Lodur & colores eximios.

1. Ond fœm: Gen: *anima, anhelitus* ab ἀνέω *spiro, respiro* אָבַה *suspiravit*.

2. Od λογος, *ratio, sermocinatio*, nunc in usu est œde idem ἔθος *mos, consvetudo rationalis* & composita; Látœde / *locomotiva*, idem, œdis gengiñ id est *ratione orbatus ob senium*, cum scilicet *senes delirant*: Fromur og dugandis til Ords og œdis / dicitur testificative de viro *qvi est probus & virtuosus & verbis & moribus*: De priori vero; Latœdid pryder

Lat pryder huorn mañ: *locomotvia modestia ornat qvemlibet*: Lat er Hanns æde *haec ejus indoles est, mos*. Hæc inqvam ab *ἔλη* & od videntur descendere vel uti synonymis.

3. Lá videtur sapere particulam λα qvæ *Incrementum* denotat, *vegetationem* hic præsupponens seu *motum*; nam & mare dicitur Lá/certe a motu, lóar ecki vm̃ steiniñ; *unda non movetur ad lapillum*, ubi mare stagnans est ac tranqvillum sine motu.

4. Læte proprie *gestus sunt exteriorum sensuum*; maximè *sonus*. Heirde føgur læte / *audivit dulcem sonum* seu *vocem*. Paræm: Mørg eru Lætiñ ef øllum er latid / *multi sunt gestus si omnes adhibentur*; marglatur *varie se gerens*.

5. Odiñ/Hœner/Lodur/filij Buræ procuratoris de qvibus antea & infra; qvod vero alia duobus hic induntur nomina, qvam in Voluspá majore qvæ citatur in Edda Sylva minne/ existimo poetice dictum ob carminis rationem vel diversos hic substituit vates, respiciens ut conjector ad tres filios Noachi Plagarum mundi ac nationum capitaneos Majores. Odin Sem, qvi Asiæ semper præfectus est tam Sem in sacris, qvam Odin in profanis documentis; Hœner vero, Japhet est huic vati Evropæ sator & author qvæ alias dicta fuit ænea vel Hænea a tali qvodam appellato auspicatore, ut nominatur in Prologo Eddico; unde Heneti olim primarij Europæ populi & maximè celebres in nostris monumentis: Lodur *Cham* significat a Lud *chami nepote*; unde Ludijm seu Lydi/ notiori ut pote posito pro ignotiori & remoto parente. Hosinqvam in locum Trinitatis substitu erat superstitiosa posteritas qvæ semper prona fuerat ad culturam hominum parentum loco Dei patris.

18, Strophe.

Aſk veit eg ſianda / heitir yggdraſill
Hárbadmur auſin hvytum aure
Þadan koma dagger Þærs J dale falla
Stendur æ grœnn yfer vrdar Brunne.

Arboris ſpeciem novi extare; vocatum Jovis jumentum
Excelſa ora, conſperſa albo limo ſeu pulvere ſcilicet eſt,
Inde veniunt pluviæ qvæ in valles cadunt
Stat ſemper viridis ſuper neceſsitatis fonte.

1. Aſk / aſkur in Nom: ſpecies arboris ab Hebræo עץ *arbor, lignum*; ad huc retinetur vocabulum *aſkur* & eſkividur *fraxinus* ein Eſk Germanice ſcilicet *arbor circum flexilis* & *curvabillis ad viendum*; עש Arcturus a congregatione ſeptem ſtellarum; mundus eſt ens collectivum עוש congregati.

Ex theſibus Diſputatorijs Mag: Clariß: Chriſtophori Ludovic Munthenij.

In Phycicæ arboris cœleſti rore adoleſcentis anatomia radices primum ſcilicet principia & cauſas corporis naturalis; corticem accidentia ejus, truncum mundum, & ramos vero cœlos & elementa, folia & fætus, mixta, ſpectare licet, qvo ſenſu & nomine (Rom. 1.) præſtantiſſimi Philoſophi non ſunt veriti aſserere, in intellectu veram praxim & ſecundum eſsentiam dari poſſe ad conſiderationem & amorem creatoris. Philoſophi qvo vetuſtiores eò meliores, & contra. Dœſel / *Fiſcus*, førſïeelig ſkatſkammer: notat vero hic elementare Syſtema univerſum convexum qvod ex eius attributis colligitur in ſeqventibus; dicitur enim:

(1) Yggdrasill / qvod *Jovis victorem* significat seu *caeli Eqvum* yggur enim est agnomen Jovis, idem significans ac *Sabazius* de qvo supra, id est *tremendus*, & drasill / eqvi nomen est in Edda a *trahendo* eg dreg & *trahere* ad draga; hinc dræse qvod *trahendo vehitur*, & drosull sive drasill *eqvus trahens plaustra, vel alia onera*; qvid autem oppositius diei qveat de Sphærico Systemate, qvam esse *vehiculum* seu *Eqvum Jovis* id est *coeli* qvi Eqvus alias in Edda dicitur habere octo pedes, id est octo ventorum cardines. Vide in Edda posteriori Sleipnir / *Eqvum Odini*.

Aur Danice Grund חרה *Stercus excrementum.*

(2.) Hulin barbadmur hvytum aure / *hic nubibus vel astris dicitur haec arbor obtegi* qvod cœlorum Sphæris competit:

2. Hulin עָלַם *absconditus* ab עלם *abscondit, latitavit*

3. Badmur a בָּמָה *excelsum, Zonarum* scilicet *latifundium*.

4. Hvytum aure / *albo limo* qvæ *nubes* significare colligo qvia alias in Sylvaminne dicuntur *Parcæ* qvædam seu Nymphæ haurire aqvam qvotidie ex fonte infra posito, & irrigare hanc arborem ne putrescat qvod nubibus tribui potest.

(3.) Qvia ex hoc cærio arboris tegumento pluvia dicuntur promanare a Dio seu Jove coelesti in terras pluitur.

(4.) Tres illi radices assignantur, & fons sub qvavis radice; hic unus tantum nominatur fons, nempe vrdars brunnur qvi *Sanctus & coelestis traditur*, scilicet ex *astrorum influentia*; alter in terris, mimis brunnur ubi *humana scientia habitet* vel *includatur* ac inde vicissim promanet; tertius apud inferos, Hvergemlir *unde noxia scateant*

ibiq;

ibiq; infima radix, ſed integram hujus arboris deſcriptionem vide in Edda poſteriori.

5. Brunnur/M. Gen. *fons* ab Hebræo באר *puteus* deſcendit qvaſi *puteolus* diminutivum, additis Literis ſervilibus.

19. Strophe.

Þadann koma meyar margs vitande
Þriar ut af þeim sæ ſer þolle ſtendur:
Eina heitu Urd/ adra Verdande
Skárñ a ſkylde (edur ſkyde) ſkulld hina þridiu.

Inde veniunt virgines multiſciæ 1. ὄντος.
Tres ex illo mari ſupra lignum exiſtente: 2. ἐσομένων.
Una vocatur *ἀνάγκη*; altera Poſſibilis: contingens 3. ὑπαρχόντων.
Exculpta in Clypeo (vel Ramento); Noxia tertia:

HIc *Parcas* videtur enarrare earumq; *proſapiam*; qvæ nihil aliud hic ſunt nomine tenus, qvam *cauſæ*, ſcilicet *neceſsaria*, *contingens* & *adæqvata* ſeu *intenta*. Notandum primó, has vocat Meiar / qvod *virgines* vulgo appellamus, verum ego ſuſpicor vatem hic alludere ad Græcam vocem *μοῖραι* ſic enim *parcas* vocant. Tres vero facit, ad numerum Parcarum ipſiſsimum; ortas vero ait ex mari ſeu oceano illo vaſtiſſimo qvi omne mundi Syſtema circuit & ſupremus eſt; neq; hic diſſentire videtur a Græcorum commentis antiqvis. Non enim defuerunt, qvi parcas maris ſeu oceani filias eſſe dixerant, veluti ex Lycophrone citat Natalis Comes; Parcæ ſenis maris ſeveræ

 filiæ

filiæ: Qvamvis alij alios earum finxerint parentes. Eædem hic ponuntur, atq; has Græci cominiſcuntur ut ex, ſeqventibus patet.

1. Follur / *lignum procerum* ut *qvercus* idem fere ac *Tholus* tam literis qvam ſignificato. Tholos enim, *tignus*, id eſt *ſubtignile lignum*.

2. Vrdur qvaſi Werduro: *fiendo facta*, neceſsitatem facti innuit vox, præteritum Vordin.

3. Verdandi / *fiens, qvod fieri poteſt* denotat, ſeu *qvod nunc fit* in præſenti.

4. Skulld id eſt *debitum* ſeu *pretium exſolvendum creditori futurum denotat*; ſkal & ſkule ſunt futuri temporis ſigna, inde *debita in futurum*, aliis *credita* & ſuo tempore poſtea *ſolvenda* ſkuldir vocantur. Vide porro qvam hæc accedant ad Mythologiæ Poeticæ rationem ut ex Nat: Comite verbo tenus adſcribam ejus applicationem. Qvid autem aliud Parcæ, qvam tria tempora, elapſum, inſtans, & venturum ſcilicet exiſtimatæ ſunt. Hæc enim in libro de mundo ſive ſit Ariſtotelis ſive alterius: Tres ſunt Parcæ, juxta tria tempora diviſa, qvarum alia res tranſactas, alia venturas, alia præſentes ſpectat: Nam una Parcarum Atropos (id eſt vre dur vordinn) nomine *res præteritas* ſignificat, qvia qvæ præterierunt nulla ratione poſſunt reverti aut revocari (Deus non facit factum infectum) ab α & τρέπω Atropos dicta qvod mutari non poſsit.

2. Clotho a *nendo* præſentia qvæ ſui ſunt muneris, abſolvit Verdandi, deſcendens a κλώθω id eſt *circumvoluo* vel *neo*,

5. Lachesis, a *firmitate*, qvam qvi rerum naturalium est eventus, stabilis est, & qvicqvid est caulsatum, potentia actu vel opere evenit. Lachesis dicitur a *λαγχανω fortior*: (Fato furatus, fato suspendetur, dixit Maxil: Cæl:). Hæc est stulld & dicitur in clypeo seu assere exarata, qvam qvæ certo sunt futura in propatulo sunt, vel in Apricum proveniunt, nisi malis hoc omnibus; Tribus, qvasi per Parenthesin insertum tribui, qvod & autumo.

6. Skáro Præteritum; at skera / *secare*; ut inde videatur descendere. Sumitur vero non raro pro sculpere ex lignis imagines, unde Skurdgod; *Sculptile* qvasi *Sculptum numen*: Male vero scribitur & excuditur sturgod / ut nunc mos est neotericis.

7. Skyd N. G. Asser, *lignea tabula* vel *segmentum arborum* qvalia pro libris, literis, tabulis & torribus olim habuere; Additur vero de Parcis disticon:

Pær Løg Løgdu / Pær Løg furu / allda børnum / orlog segghia.

i: Hæ Leges posuerunt, hæ Leges elegerunt seculi filijs fata scilicet *hominum*.

Nota qvam manifeste hic ponitur vox orløg pro *fatis*, ut supra dixeram contra eos sentiens, qvi orlog / *adversa* tantum & *pugnantia fata* intelligunt, unde Orlogsfiber / etc: Sed vitiligines novellæ nil ad rem hujus negotij: Hæ bona cunctis, hæ mala dant, juxta Hesiod: Idem est ergo orlog (& qvidem rectius) qvod nunc vocant forlog; nam expresse *fatales Leges Parcarum* hic vocantur *hominum fata*. Sensus est juxta illud Hesiodi:

Omnia maturant miseris mortalibus ista.

20 Stro-

20. Strophe.

Þat nam hum folck vyg fyrst i heime *De se loqvitur in tertia Persona.*
þa er Gullveig getrum studdu: Gullvyga.
Og i Holls Här hana brendu

Hanc novit vulgi cladem primam in mundo
Cum auream vim armis munierunt
Et in Domo Excelsi illam cremarunt. id est *in Domo Jovis.*

1. FOlck *populus* N: G: videtur idem esse vocabulum ac *vulgus.*

2. Vyg N: G: est *homicidium* armis illatum, militari modo; at vega mann/ est *armis interficere virum*; in Codice Legum; forsan a *βιά robur, vis*; nam hoc virtus olim habita, & juxta Tacitum, apud Germanos, & juxta nostras historias, apud Normannos; ita ut infamis esset qvi nullum percusserat virum ut fortitudinis specimen qvalecunq; ederet contra gloriosum; cædibus esse facinorosus modo honesto militis modo, Folck *vulgus populus* a: פלג *divisit*; nam, *scinditur inconstans studia in contraria vulgus.*

3. Gullveig/ hic ponitur & introducitur qvasi *nova Dea* vel *Nympha*, ut cum nominis significationie & attributis mox palam fiat, hic loqvi vatem de *Regina Pecunia*; nam vox est composita a Gull *aurum* & Veig *Opes, nummus*, ut in Edda nominatur; & *mulier* vocatur Veigabil id est *Nympha nummata*, etiam veigaþor; hinc Veiega Laust dicimus qvod *nullius* est *pretij* aut *valoris*; Veigur qvoq; *vigor, valor*; Lytill veigur er

I lui

Ipui dicitur de eo; *quod est invalidum, infirmum ac exigui valoris*; hinc Gullveig *auream vim* vel *vigorem auri* expono. Hanc 1. ait caussam fuisse cædis & homicidiorum in mundo scilicet *auri sacra fames*: 2. Eam armis tutatam fuisse vel cum armis muniri cæperit illa; ejus enim causa Arma sunt inventa, unde clades vulgi: 3. Ait eam fuisse crematam sed bene superstitem interim esse scilicet Auream pecuniam, igne fornacis conflatam & excoriatam.

4. Høll *Aula*, αὐλη; Haull eadem vox, eadem significatio.

5. Har *excelsus, celsus* (procerus simpliciter) sive Græcum ἥρως ὤος; sive Hebræum הָרִים seu Latinum *Herus*, nostrum Harre / nunc Herra / *Dominum* denota: hic vero aulam Hari vocat *mundum*, & Hár *jovem* nominat, vide Eddam seqventem.

21. Strophe.

Þrysvar brendu þrysvar borna
Opt og osialldan / Jo hun eñ Lifer
Heid hana heitu / hvars til husa kom.

Ter cremarunt ter enatam
Iterum sæpe tamen ad huc vivit
Heid eam vocaverunt
Qvocunqve domum diverterit.

1. Heid / haudur & audur / *Pecunia, Opes, Divitiæ*, olim Lingva Danica dictæ, testis vel autor sit Edda in clavi Metrorum, his verbis:

 Heid

Heid millum byr heidis / heid milldur jøfur reida heidfromadar heidar; heidgiøf valla leidar/ vide supra in versu primo Heidlagur

Ludit vero hic Poeta de pecunia, veluti suo loco exponendum; notandum autem vocabulum hoc æqvivocum alias inveniri:

(1). Heid / N: G: vel Heide / f: g: *pecuna opes* ab Hebræo Hed הֵד *celeusma*, seu *hodu*; *India*, *Regia aurifera* vel (qvod malo) חפר Hafar / *effodit*, qvo alludere videtur Poeta.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

γαλήνη (2.) Heide N: G: qvod alias Heidrikia / *serenitas coeli*; Sol-
'ειδω skijn i heide edur máneno: *Coelo splendebat Luna sereno* à הידה
video. *lætitia*, *exhilaratio* a radice הדה *exhilaro.*

(3.) Heide F: G: dicuntnr *tesqva*, qvod rectius sine
ἕδος. aspiratione dicendum eideo: *desertum*, vocabulum vulgo notum; audur *desertus*, audun / *Eremitanus*, audnir *Eremus*.

22. Strophe.

Volu vels pás vyttehun ganda *Sc: pecunia. Sup.*
Seid hun kunne / seid kna hun Leikin *ponitur enim ut Nominativus antecedens.*
A var hun angan illrar brudar.

Vatis boni ominis fædavit Thegoniam
Magicas artes novit easdem potuit illa exercere
Semper erat illa officiose se gerens, veluti mala Dea
Nympha.

Hæc Strophe cum præcedenti sensu connectitur, qvamvis jam Tricolo tantum Strophen ut ante & sæpius absolvat cum alias debeat Tetrastrophen esse; sed liberum hoc sibi facit, vel unum carmen desideratur incuria Scriptorum. Qvid Wala vel spá significet supra initio monueram: Nunc ad voces nondum explicatas me confero; exprimit hic autem incommoda, pecuniæ effecta.

1. Wytte verbum præteriti temporis: atwyta est *deformare, dehonestare*, & qvidem *vitiare*, ut a *vitio* dictum videatur Wyte / *vitia ab alijs illata*, vel *vitia qvæ aliqvis obnoxam patitur*: unde Helwytes: *lethi pæna* id est *infernus ipse*. Nam pro *pæna vitiorum* est usitatissimum. Unde in convivijs mos fuerat, ut qvi modestiæ Leges violarant, ij fuerunt pæna mulctati ludicra, qvæ Wyte / & at drecka wytabitkar dixere, ijdemqve hoc modo castigati dicuntur wytter qvasi *taxati, vitio notati*; inde etiam ad atwyta *increpare, arguere aliqvem culpæ*.

2. Ganda *Religionem suam sic vocarunt* & certe *miraculosas artes*, ut Gandreid / *Magicum iter in aere* vel *cis maria aut flumina per artes, Nigromanticas & portentosas*, vide Lexicon Runicum: Gandur a Gan μαγγανία de qvo vide supra, v. 6. Sensus est *pecuniarum deturpasse artes Theogonicas & mysteria ac miracula vatum ac sacerdotum sua ambitione*.

3. Seid *Necromanthia est*, a verbo eg Syd/or: *coqvo*. Ratio autem hæc est, *coctionem* simpliciter vox significat, ut aliàs in Edda notatur, ubi tres comites

ייר viæ ex Asis Bovem mactasse dicuntur, taka vxann og bua til
Linire seidis etc. vide infra. Sed qvia hic fuit ritus Necromantum
oblinire. ut cacabum veneficijs refertum igni appenderent ac ossa humana pro lignis ad alendum focum usurparent, qvo crassius maleficia sua exeqverentur; hinc talis coctura Seid/ pro *ipsis maleficiis* ex Hypothesi posita & usurpata reperitur; unde minantium Paræmia, ecke riucka aller Seidar sen / id est *non omnes artes nocendi maleficiis simul aut semel prodeunt*, vel ut simpliciter vertant *non omnes coqventium fumi semel prodeunt*, defluere videtur hæc vox a ζέω / *ferveo, bullio*.

κινέω, *moveo* eg kny/ ad 4. Kna prisca vox nunc amissa (Hann kna hiorve Iunnum Nunc nade; kna pro na per prothesin id est *potuit*, modale est, velut nunc Danorum hand monne giøre det/ *pergebat facere*.

knija/ gnuai. 5. Leikinn Participium pass: a verbo eg leik/ *Ludo* qvasi lusas coq: id est *Ludere novit Præstigijs vel fasciniis Magicis*.

6. Angan ἀνάγκη id est, qvasi *necessaria, necessitudine qvadam conformis semper est pecunia cum mala Dea malis*. Unde infra, odin appellatur fryggiar angantyr id est *necessarius maritus* de qvo suo loco.

7. Brudur, propriè *virago*; *Sponsa*; *Nympha* nunc *Dea qvævis*; unde vero, nisi a dimidia voce Hebræorum transumatur, qvæ est cha-beroth חברות id est *socia*, ut *chaber*; *socius, frater*, Broder: Ita Brudur, *soror*, ut hic alludi cernimus.

23. Strophe.

Þa gen gengu Reigin oll a Rokstola *Vide supra*
Ginheilog god giættus ag um þat.

Hvort

Hvort Ekyllde æsir afrad gialda
Eda Ekylldu god oll gillde eiga.

Iterum procedebant numina singula ad exhedras
Num ausi deberent censum absolvere, seu pensiones,
An omnes Dij debeant unus esse Senatus.

An scilicet *homines* pro *Diis* se vendicantes, qvi æser nominantur, Dominio dispari debeant esse disienti, an conregnare atqve aliqvem inter se a ut qvem Regem venerari. Afrad ad huc hodie apud Svecos retinetur in usu, *pro censu & pensionibus subditorum*. Vide eorum leges, Bergsartikler, Sectione 16; 34.

1. Afrad composita dictio a voce Rád, qvod nunc *consilium*, nunc *consulatum*, veluti ad huc vulgo in usu est, denotat; hic vero *potestatem Censualem*, & præpositione af qvæ *nunqvam*, *di*, vel, *dis* significat, *& avulsionem*, veluti in Hava mál: af hvørf mykil eru mier til illo vinar / þot hann byggi á braut bue. ɔ: *disconviens iter mihi est ad malum amicum qvamvis obvius habitet*; Item afvik qvasi *angiportus*, *secretior vicus*; afvndin *dissidens*.

2. Gillde, olim non ut nunc est, *convivium* sed *Dominium* vel *præstantia*, ab impersonali, Jat gilldir / *constat*, *valet*, *præstat*; hinc composita, Jgillde / *summa æstimatio*, seu *pretium*; algillde & halfgillde / in Codice legum, *totum vel dimidium rei pretium*, *seu præstabilitas*, ut ita dicam, qvanti qvid constat. Huc etiam Gilldur Bonde, en gilld Mand / gilldur þegn id est *præstans homo*. μεγάλ-

 24. Stro-

24. Strophe.

vibravit sc. arma; vide tua.

Fleydi Odin og i flock um skaut:
þad var en folkvyg fyst i heime
Brotenn var Borgveggur âsa
Knattu vaner vygspâ vollu sporna.

Borðveggur; potest intelligi pro censessorio ad mensam; scilicet gyro virorum.

Præcipitavit Odinus, & in catervam sagittas emisit &
Hæc adhuc prima erat hominum cædes in mundo
Disruptus est civitatis murus Numinum, sc: Borgveggur
Fecerunt Heneti militia campos conculcatos.

Hic belli inter Jovem & Titanas obiter meminit, sed partibus tamen recentiora indit nomina velut notiora, accomodans ad res nuper gestas, inter Odinum & Henetos.

25. Strophe.

Gen gengu reigin oll a rokstola
Ginheilog god glættust um þat
Hvor hepde lopt allt lævi blandit
Edur att Jotunz odz mei gefna.

Denuo accessere Dij Cathedram
Sacrosancta numina sciscitarunt
Qvis æthera totum infecerit
Aut Titanum generi tradidit Dianam.

1. Lævi blandit id est *livore miscuerit*. Læ in Nominativo idem, ac *livor & odium* significat, ut exemplum habemus

habemus in Clavemet: carmine Refhverf vocato; ubi semper sunt voces oppositæ signigf: Fliot volkad stilur fylker / fridlæ rødul sævar: *ἐξυμος* est, *cito remisse dividit Gregorius, pacem, liqvorem, radium maris* id est *aurum*; alias pro *præda* usurpari repperitur qvod etiam a *pace* diversum est. Havamál: Sialldan Liggiandi Ulfur Læ vmgetur/nie sofande madur sigur id est *raro recubans lupus prædam adipscitur aut dormiens homo victoriam*; nec mirum si *prædam* signifi: in hac lingva cum Græcis *λεία* sit *præda*, unde *λῃστης Prædo*: Hebræis vero lavi, *Leonem immanem prædæ in hiantem* denotat.

2. Odzmei *τῆς ὀδῆς Nympham*, Periphrasis est *Veneris* seu *Dianæ*, nam hæc utraq; vocatur in Edda Freia; *Pharea* autem est *Dianæ*; cognomen. Hujus maritus dicitur fuisse Odur; nomine, vir Musicus: ut ab *ὠδῆ* vel *ἀιδος* dictus fuerit. Qvid vero sibi velit fabula, qvam digito hic attingit, de nuptijs Dianæ Spurijs, videatur in Apologo Eddæ integra fabula. Alias Orion Dianam expetens hic tangitur. Vide Nat: Com: ubi ab Apolline repressus dicitur. Sed ad seqventia.

26. Strophe.

Fór eirn Iar var Irungiñ móde
Han siálldan situr/er hañ slykt umfregnar
Ageinguß eidar ord og sætter
Mál oll meiginlig/sem medal fóru.

Thor ibi unus erat turgidus bile
Ille raro sedet, cum is tale percipit

Accessere juramenta, verba pacta
Causæ summæ intervenientes.

1. Hor/*Thyras*; *Juppiter ille novitius*, *Asoum proprius*, *sagittis potens*, velut *alter fulminibus*; ita hic qvadam clava. Vide infra. Hic raro residet, cum talia percipit: Nam dicitur þrungin mode id est *prægnanti animositate*, seu *turgidus ira*, vindictæ concessa sunt juramenta, verba pacta & consiliationes; causæ omnes præcipuæ, qvæ interesse habuerunt.

2. Eidur; *Jusjurandum* ab Hebræo Ed ɔ: *testis*, Edah *testimonium*.

מִלֵּל *Locutus est* 3. Mál N: G: λόγ@: (Mállos) ἀλόγ@: At mæla/ λέγειν, unde bemelte adhuc Dani retinent) sed deficit plurali; Mál vero pluraliter *causas* & *capita* significat *controversiarum*: veluti hic ponitur. Usurpatur etiam in singulari pro *causa forensi*.

27. Strophe.

Veit hon/ hefur Heimdallur hliod umfolgid/
Under heid vonum helgum badme:
A sier ausast orgum forse:
Af Vedi Valfodurs: Vitid þid en? Eda hvad.

Dyonysius vide supra.

Novit illa, habet Hemdallus in audias secretas
Sub serenante sacra Zona
Amnem cernit haustum pigra horrenti Cataracta:
Ex fædere Jovis; nostis vos ultra? aut ecqvid? sc. est.

De *Heimdallo* & eius in auditu acumine, videatur Eddæ Apologus; qvó hic alludit, etiam de eius domicilio in cœlo & officio; de fluvio qvoq; irriguo perspicienda sunt monumenta Eddica eiusmodi; nam hic tantum veluti *ἐκ παρόδου* memorantur.

1. Folgid *absconsum, occultum*; alias falid / at fela *occultare*; certe ab Hebræo פָּלָא *separavit, occultum fecit*; eg fel in præsenti *abscondo*; præterito eg folg: Hinc participium folgid/ *occultatum*.

2. Fors *cataracta* M. G. ab Hebræo sane פָּרַץ *irruit*, in aliqvem flagitando, *coegit*, *instit*; ut & alias fors N. G. usurpatur pro *furore ira*; Fors oc brœde/ *furor, bilis*.

3. Argur / adjectivum, idem qvod Græcis *ἀεργος otiosus piger*: Resis & ragur per Methathesin literarum, *formidolosus*; nonnunqvam vero Argur pro *horrido* usurpatur. Hæc vero ab Hebræo רע & רָעָה *malus, malitia*, descendere non inconniventer putentur; propriè enim sic usurpatur, ut in Paræmia vulgò nota: Eingin er ad argare þot illt hrædist / *nemo ob id peior, etsi malum metuat*; Item: Argur er sa aungvu vendast etc. *Male timidus est, qui nihil incusat, nullo se reus excusat.*

4. Aa / *amnis, fluvius*, qvid si hoc Hebræum esse non dixero; Ain / ut alias reductive nominatur, pure Hebræum est nam עַיִן *oculus est* (1) antmantus (2) Fons. & aqva viva qvasi *oculus terræ*: Hinc inqvam á & aqva promanant. In- rivus.

5. Ved/N: G: *sponsio, res fædere pacta & reposita* Cod: Leg. ut *vas, vadis, q: vadimonium*: Sed unde hoc utrunq; certe ab alio priori, qvod mihi nunc non occurrit. Pignus

 Nemo

Nemo fuit, nemo est, nec erit, qvi mortis ad umbras
Tam probus, ut cunctis, cuncta probarit, eat,

Verisimile vero est, a יַד *manus*, *manuum stipulatione* in pactis, vel a testimonijs adhibitis Edah Ed. אֵד. Sed cuiq; suum ratiocinium maneat illæsum, qvamvis ego Tyrocinium adhibeam aut pertentem indagare, qvod alij rectius norint.

28. Strophe.

Ein sat hon ute / þa hiñ alldni kom
Yggiongur ása og i augu litt
Hvorz fregnid mig / hvi freistid myn.

Sola sedit foris cum senex veniret
Menedemus Ausoum, & in faciem vidit
Qvid qværitis à me, qvin tentatis me.

YGgiongur ab Ygd / *Prudentia*, & verborg geng qvasi *prospector*, seu *procurator*: *Senex maxime de suis sollicitus*, ut *Menedemus*. Ita *Odinum* appellat, qvem vates ait se vidisse bene oculatum, cum exiret ad venandam Sapientiam apud qvendam Titanum; de qvo Apologus Eddicus, & seqvens Strophe latius exprimit.

29. Strophe.

Allt veit eg Odinn hvar þu auga falt
I hinum meira mimis brunne
Dreckur miød mimir morgun hveriann
Af vedi Valfødurs: vitid þid enn / edur hvad e

Totum

Totum novi Odine ubi oculum deposuisti
In illo majori Mimæ fonti
Bibit mulsum is mane qvovis
Ex Fædere Jovis; nostis ultra? aut qvid?

N. Mimer/Dicitur in Edda qvidam *Titan sub medio arboris* Yggdrasils *habitare ac ex eo fonte qvi ibi est, Fons Sophiæ, situs singulis diebus haustum mane sumere e cornu singulari*. Hic propterea dicitur *Sapientia abundare*. Verum Odinus ad illum iter faciens, unicum desideravit haustum, sed Titan ipsi denegavit, ni oculum alterum sibi in pignus deponeret; & ita hoc Nectare potitus est ac sapientia & præsagii scatebat. Nomen hujus Gygantis desumptum puto ab uno Centaurorum primate, qvi Mimas scribitur appellatus; fabulam de ipso qvi vult indaget. Revera autem prophetam Divinum aliqvem hic intelligendum puto, qvi cum Dijs habeat consortium revelationum, & ratio humana non potest Mysteria asseqvi, nisi ei suus sinister effodiatur oculus. Tradunt qvoqve documenta Odinum sane fuisse monoculum & altero lumine orbum, cum huc veniret in Aqvilonem.

30. Strohe.

Valde henne herfodur hringa og men
Fie Spioll Spaklig og Spå ganda.

Sá hon vytt og bytt og um verolld alla
Vite ſier en eda hvad?

Conceſ-ſit. Dedit ipſi militiæ pater annulos & monilia
Opum poſtulata fatidica, & vatum lituos
Vidit peregre & paſſim in terras omnes
Noſtis ultra, aut qvid?

hoſtis. 1. Herfødur *Excercitus parens*, pro *Jove* ſeu *Othino* ponitur; ſaithunc ſibi vati ſuæ dona legiſſe lectiſſima ornamenta.

2. Men N: G: *genus ornamenti collaris ex auro* aut *argento* idem ſane ac Græcorum μάννος ſive μάνος, *moniſe aureum.*

3. Verolld/*mundus*, qvaſi *exiſtentiæ ſeculum*, a notis vocibus appoſitum ſane nomen; nam *eſſendi* & *exiſtendi* durationem notat; inde nunc dicunt per Synchopen, Værden & Welt.

31. Strophe.

Sá hon valkyriur vytt umkomnar
Gierdar ad ryda til god Iodar
Skulld hiellt Skyllde ſkogul onnur
Gunnur / Hilldur / Gondul oc Geirſkialg
Vide cæterorum nomnia infra.
Nu eru taldar Nennur Odinz
Gierrar ad ryda grund Valkyriur.

Vidit mortas eminus veniſſe
Factas; ut proponent ad populum numinis

Scylla

Scylla tenuit clypeum ſkogul & altera
Nunc enumeratæ ſunt Nymphæ Odini
Factæ; ut campum percurrant Mortæ.

1. Valkyriur: *Deæ* dicuntur *emiſſæ tempore belli ab Odino*, til ad kioſa feigd a men / id eſt *moriendi fatum irrogare viris*; *qvibus* ſcilicet *volunt*. Dictio compoſita a Val qvod *cadivum* denotat, & verbo, at kiøra id eſt *eligere* qvaſi *cadivi electrices*. Qvidam porro malunt à vala denotare; qvod eſt vu-le:ɔ *Sybilla*. Hæ alias ondurdyſer qvaſi *Janthes* nominantur; *Κύρος autho:itas*; ſed eodem recidit Hinc enim *cadivum* nominant Val/qvia harum autoritate eliguntur cadentes, & at kiørra manat ex Græco *Κυρόειν authoritatem addere* id eſt *eligere*: *Authoritas conſilium βυλη* etiamnum eſt & *lectio*.

2. Þiod/*ἔθνη natio*, *gens*, god I iod porro vocat *caſos*, nam hi ad numina Othinum & Freyam, ceu iovem & Dianam pertinere dicuntur in Edda, ut dimidium cuiqve cedat cadaverum; nam God *numen* a גד *felix* denotat, de qvo ſupra.

Mortas igitur has nominandas Latine exiſtimo: Vide illam vocem. 1. Skulld / *ſcylla*, *rapida*, & veluti altera illius, ſemper ſimilis qvi Niſo patri mortale fatum, detonto crine approperavit; de qva Virg. & Ovid. Meth. Lib. 13.

2. Skøgull a שֵׁגַל *concubina* a *radice* שגל *coivit* alias ſkogl ſcribitur vel a שַׁחַל *ferox* ut *leo imanis*. 3. Gunnur a *γύνη mulier* & ur qvod *ſtriderem* notat, vel a גָּבַו *protexit* qvod dum aliæ ſæviant, una pareat. 4. Hilldur/ *retinens*, a verbo eg helld :ɔ *pertinaciter teneo* ſcilicet; mors reddere neſcit, qvæ ſemel eſt

 adepta,

adepta, vel si mavis reducere ad חיל *virtus, strenuitas, exercitus strenuus*; vide in Edda. 5. Gondul a Gan, *magia, incantatrix*: cantharis scilicet hæ malæ artes in militijs olim accedebant: vide Havamal: 6. Geirskialg: Geir *gladius* est, seu *lancea* ab גרה *trahas ferra* scilicet *corporum militantium*: Skialg vero videtur descendere a שאל *petivit, rogavit*, ita enim significare alias in usu repperio in bandamaña søgu/ fleſtra manna augu verda fieſkialg id est *plurimorum hominum oculi fiunt munera appetentes*, seu *pecuniam erogantes* ut verbum de verbo reddam.

3. Nanna: nønnur in plurali, *νάννη* pro *Nympha* ponitur per synechdochen speciei pro genere.

32. Strophe.

Eg så Balldre blodgum tivor
Odinz barne orlog folginn
Stod vmvaxinn vøllum hærre
Mior oc miok fagur misilltein.

Ego vidi Baldro cruento militi
Othini filio fata occultata
Stetit exeretus pratis procerior
Tenuis & perpolitus ensis.

1. Tivor idem ac tyr qvasi *mars: mavors miles armatus* a Ty *arma*, *τεύω attero* טיח *obductio, tectorium*: qvalia vocamus hlyfar ty ut sunt *scutum, clypeus, lorica*; His enim instructus Tivor/ nunc tyadur comode dicitur. Cæterum de Balldro & Tyra vide in introductione Nom. prop.

2. Misilltein

2. Mistilteinn / sic denominatur in Edda *fica* seu *ensis* qvô Balder fuit imprudenter trajectus & confossus, & fingitur fuisse arbor tenera, nuper e tellure enata; Ferrum vero ex visceribus terræ nuper adultum intelligitur. Vide infra. Vocabulum vero desumptum puto à *μυσ@, μυς@ scelus* & teiñ/ *tiva/ tensum, extensum instrumentum* qvalia sunt *rutra, fusus*; Hand teirn vocatur qvasi *sceleris Rutibulum*, vel *veru*, talis enim appellatio *ensi ficario convenit*, nam summum scelus per hunc admissum fuit. Teirn seu teiñ potest etiam referri ad טען *pupugit*: Gladius enim alias dicitur unda teirn id est *vulnerum cento*; mistill ad מטיל *vectis, malleus*.

33. Strophe.

Vard af beim meide er mier syndist
Harmflog hættelig; hodur nam skiota
Balldurs bane var of borin snemma
Sa nam Odinz son ein nættur vega.

Fiebat ex illo ligno, qvid mihi visum est
Lugubris casus cum Plutus sagittavit
Balldri percussor præmaturè natus
Hic filium jovis infecit ante noctem unam tantum natus.

1. Meidur/ *species arboris*, seu *trabis*; ab Hebræis veluti plura mutuatum puto, sive á מטה במטה Metha *vectis, jugum*, vel a מכור *liciatorium, textorium, jugum*: nos vocamus adhuc vefiar meidir seu meidmir / vir vocatur vopna meidur/qvasi *armorum trabs*: Edda.

2. Hodur / *Plutus* est de qvo alibi; sed hic recens natus fingitur cum Balldrum interficeret; scilicet aurum & opes nuper inventæ; Modo Baal id est *amicitiam* occidere fecerunt.

3. Harmflog / *luctus morbi involantes*; Flog *morbi genus est*.

34. Strophe.

Fa hañ elva hendur nie Hofud kembde
Adur a Bâl vm bar Balldurz andskota
Frygg vmgrett i fensolum
Avordur valhallar; vite þideñ edur hvad?

Cum nondum manus levaret, nec caput pecteret
Antequam ad rogum portavit.
Phrygia luxit in venusto atrio
Custos Aulæ consiliariæ.

1. Elva / corrupte scriptum *mendam* ostendit, nam pectore manus non est usui: Legendum ergo est, þa hañ ei vâ hendur: *to vibravit*. Vide supra Vyg.

2. Hofud & *caput* videntur esse eiusdem originationis.

3. Kembde / præteritum a præsenti eg kembe; qvid de hoc vocabulo statuam aliud qvam Hebræam sapere nonne כמר *strinxit* præcidendo capillis, id est *compsit*, *comere*; coma inde defluunt, & certe nostrum at kemba *pectine comere crines*, & kamb vocam *pectinem*, Κόμη Græcis; unde *cometa* qvasi *crinitus planeta*, Καὶ ἐξοχὴν: Claudianus: *Ferali crine Cometa*. Sed hæc fortasse ultra scopum, dixisse tamen juvat, omnes lingvas

lingvas Hebræam sapere originem, pro teste etiam sic seqvens vocula qvæ idem approbabit.

4. Adur & ádan/nobis est *ante, antea*, nonne Hebræum est עַד *hucusq;* adenah, *hactenus*; veluti & illa, aut seu, sive & pluraeiusmodi.

5. Frygg/ *conjunx Odini*, seu *altera Juno*, ab illa ait Edda Phrygiam Regionem fuisse denominatam, a radice ut volunt ירע id est *rigidus fuit*, velut *Zelotypa Juno*, & frygg/*parcis præsidens* in Edda.

6. Fensaler vocatur *ædes hujus Divæ* in Edda qvod *venusta salaria* Latine dico, sed ab eadem originatione, utq; hic M. Johannis Jani Wiburg: ratiocinium addam, ex Thesibus παρὰ τῆς γνώσεως τῆς θεοῦ; *venustas* Hebræis est חן (fion) Græcis est ἐν Aolico digammate; Fen, qvod Romanis ven, ut ἑσπέρα Fεσπέρα, *vespera*; item ἔντερον Fέντερον, *venter*; addita vero terminatione Latina, us, fit venus. Nos adhuc vocem ven id est *venusta* in usu retinemus, qvæ primaria est seu primitiva cæterorum matrix. Salir vero idem est ac *solatium*, seu *solarium*; *Hypetra subdualia*. סל *sublime*

7. Valhøll; vocarunt *Odini. aulam*: Primario a βουλή val *consilium*, & αὐλή *palatium*; secundario a *cadivo interfectorum*, qvia cuncti armis occisi illuc divertere crediti sunt; vid: Eddam. Eius vero avordur/ id est *fumus custos Odin* appelatur, vel etiam *tutor, præses*; ita enim vocabulum sonat.

35. Strophe.

Hapt sa hun liggia vnder huna lundi
Lægtarn lyke/ loka aþikan

Þar situr Sigyn / þeige vin synum
Ver vel glied vitid enn/edur hvad.

Ambages seu tricas vidit illa jacere sub Hunnorum luco,
Nocifero simile qvid, Locho adformem seu adæqvatum
Ibi sedet Sigynia haud amica visu.

VIro dolis (aut austu) applaudens seu apposita, a verbo eg fliat/ qvasi fliád/ id est κλείω *claudo*; inde silenda fliad/ qvasi; *cui extrema manus admovetur*. f. vero & g. in hac lingva crebro inter se mutabiles & ejusdem fere valoris; vel, ut Synonymonà χαλάω *laxo*, *remitto*; at flia/poterit derivari, nam proprie textorum *laxatio telæ* hoc vocabulo gaudet.

1. Lægiarn; hic vocabulum Læ denuo recurrit; vide supra.

2. Loke inter Deastros illos Asas ultimus recensetur *Lochus*, de cujus nominis notatione vide supra, cætera infra. Ambagibus dicitur autem Divos sæpe intricasse, atq; idem expetivisse, unde ad tricas & ambages alludit in initio versus.

3. Sigyn alias contractè Syn *uxor Lochi, peccatum* sane significat, hoc enim primitivum sibi jure vendicabit nostrum vocabulum Synd: Nam Lochus, mendax, *Diabulus*, *calumniator, astutus*, duos filios ex hac conjuge progenuit, nempe *peccato*, *Narum filium*, & Hel *filiam* id est, *Lethen*; Nár vero *cadaver* significat mortuum, mortem ergo corporis & animæ ex *peccato & mendacijs* parentibus natam rectè sunt commenti veteres

veteres; Hel enim idem qvod *Lethe*, umbris seu Hecathe dicitur prædominari ac jejunum illis hospitium maturare, de qvibus vide Edd. Apolog: Unde vero Sigyn nomen sortita (ni fallor) a שָׁגָה *erravit* & ab שִׁגָּיוֹן *error*. Ipsa vero Edda monet Sigyn contractè legendum Syn: hinc per adjectionem d, fit Synd: ut a Gan/Gand מִין min; mind/ & multa alia; ut fanur/fundur *filius*.

4. Ver: Velgiliad puto accuratius legendum id est, *viro technis* seu *fraude pellecta*; ver enim est idem qvod *vir, maritus*.

5. Vel/ *fraudes*, vide supra; at gilia *pellicere*; vide Spec: Lexic: Runic: a גָּלַל *convolvit*; unde גֵּלֶל *volutabrum*; optime qvadrat in seductum hominis affectum per mendacium ad peccandum & errandum, ita lecturam & constructionem antea positam per unum i verisimiliter additum sic corrigo & me antea sic legisse existimo. Giliod non Gi-

6. Syn *visio*, *aspectus*, *visus*; Dativus vero est pluralis, liod. alias etiam freqvens in Edda. Þor var ecki blydur synum/ id est *Theornon erat blandus visu* vel *aspectu*, a verbo eg see/*video*, tam novo, qvam prisco usu receptum erat; porro qvi hic pronomen esse statuunt, nunc peccatum non est, amicum visu vatibus ceu huic Sibyllæ eam videnti: ideo dicitur horribilis Dea, non amica facie.

36. Strophe.

Aa fellur austan eitur dala
Saurum oc sverdum/ Slidur heitir hon
Fluvius labitur ex oriente venenatarum vallium
Cæno seu limo atqve glebis (profluens sc) Slidur vocatur hic.

1. Eitur *venenum, virus*, forsan ab εὐθὺς *mox* qvod illicò interficiat.

2. Saur M. G. *excrementum, cœnum, inqvinamentum*; at saurga *inqvinare* a שָׂעַר *exhorruit*. vel שַׁעַר *vile æstimatum* est.

λῦμα *fædo.*

3. Svørdur/ *arvum, gleba, cespes*, herbarum & crinium proprie Matrix vocari solet. Sed unde, liceat conjectari, *ἀπὸ τῆς σπορᾶς*; qvæ vox (notante Bechmanno) *segetem, prolem* & *partem infœmellis verendam* significat; sicut *σπορος locum, stationem*, & *locum in qvo aliqvid seritur* notat; unde spurius dicitur, sparsim natus ab illa qvæ a multis stuprata.

4. Slidur F. G. *unus e duodecim fluviis inferorum*, ceu in Edda memorantur: Hic dictus סָלַד *æstuavit* vel מָלָה *omnia prostravit*, nunc slud/ slydda/ sledia in usu est pro *effluentibus*.

37. Strophe.

Stod fyre nordan a nida fiollum
Salur vr Gulle sindra ættar
Eñ annar stod á okolne
Bior salur jotuns/ sa Brimir heitir.

Stetit versus Aqvilonem in occiduis montibus
Solarium aureum Sindre cognominatus
Sed alterum ftetit in calida Zona
Cella Titanis, qvæ Bromia vocatur.

1. Nidafioll: *montes Hyperborei, deorsum vergentes.*

2. Ei:

2. Sindre: *lapidescentis materia seu scoria* propriè tribuitur à סִיג *scoria, metalli sordes*, nunc sindur/qvasi signd: Sed per hoc domicilium in cælo vel sub Dio, *Zonam temperatam* indigitat, qvæ versus Aqvilonem torridæ succedit; per Fluvium enim antea dictum Zonam torridam omnia destruentem & nimio ardore desolantem intelligit ac describit.

3. Okoln qvasi ἄψυκρος *sine frigore*, vel a carbone, *sine adustione*; clima seu Zonam temperatam ab australi plaga torridæ vocat okoln; & ait esse Biorsal. Bior/est *potus usibilis* à בְּאֵר *puteus aquæ vivæ*, unde potabant prisca ætas hominum.

4. Brimer: hanc *cellam* seu *delectationis domicilium* appellat, utiq; alludens ad prius Biorsal: *i. cella*; sed βρέμω, *fremo* Bacchantium est, unde Bacchus dicitur *Bromius*; & *Bromia* apud Comicum *vinosa ancilla*; qvasi Titanum qvendam, id est, *fanum*, vini authorem hic suam Domum tenere dicat. Vide Eddam.

38. Strophe.

Sal sa hon standa solu fiarre
Nastrondum a / nordur horfa dyr:
Sa er vndin salur orma hryggium
Falla eitur aar inn vm liora.

Ædem prospexit positam procul a Sole
Orcum versus; Ostium spectat Boream:

Hæc ædes est contorta ex spinis serpentum,
Illabuntur venenati torrentes per fenestras.

1. Náſtrander id est, *cadaverum* seu *enecatorum littora* seu *portus*.

2. Undiñ/participium a verb: eg vind/id est *vieo, torqveo*; *curvo*; *revolvo*; spinis serpentum dicitur hæc domus contignata, ut illorum os fenestræ virus evomant. Naar / *cadaver mortui hominis*, à נכא *fregit*, *rupit*, *irritum fecit*: נא *crudum*, *carnuncula*, *non cocta*.

3. Liöre *fenestra*, *domus*; antiqvis usurpatum, & apud Poetas tantum retinetur a luce, ut lucar deductum vel a λιρ@- *impudens*, nam fenestram non pudet ullum intueri, seu lumen præbere cuiq; qvic qvid pudenter agatur, per Hypallagen; Jam Glug vocant, Danice Vinduer qvasi Vindoyne; Vindauga paa Islansk idem est ac Gluggur/ nam Gligg *ventum* appellarunt; veluti in ævo Gestmi Blinda suo loco & tempore expedietur.

39. Strophe.

þarſá hon vada þunga ſtrauma
Menn mein ſvara oc mordvarga.
Og þann annars glepur eira Runu.

Ibi cernebat illa vadare per gravia fluenta
Viros per Juros & Homicidas Sicarios

1. Vada: *vadum*; priscorum nostratium vad; qva *vadere* id est *fluenta transire* possinc: at vada *in vadis versari*; *luctari*.

2. Mord; *occultum homicidium & nefarium* qvale sicariorum; qvod autem armis aut manifesta fortitudine factum fuit id olim honestum & conciliabile reputatum, si clam non fieret; a *morte* vero dictum, qvasi *morticina*, vel à מות Hebræo.

3. Vargur/*lupus* est, vel *quævis bestia carnivora, & violenta* qvasi Vargur *intrepidus, sine pudore* aut *metu depopulans.*

4. Glepur: Og hañ annars glepur eira Runu
& qui alterius pellicit vel stuprat uxorem.
Vitium vocatur Glæpur *scelus, crimen*; Hinc ad glepia *vitiare.*

5. Eirarunu *pactam uxorem*; Eirin *pacem servans*; & Eir idem: Consentaneum cum εἰρήνη Græcorum. Hinc Paræmia: hañ eyrdi kui ecki/*non pacisci illo potuit*: oeyru madur/ *vir pacem violans.*

6. Runa in Edda ponitur: konan H. Runa edur málemanfinz/samrynder/vocantur *consocij, sociati, conjuges*: Sed unde? Run primitivum sane est; *literam stylo* vel *cuspide exaratam*; qvasi Ruin/contracte Rűn/ a verbo hoc Participium passivum descendit; eg Ry *eruo, vello*; Præterito eg Rude: Participium Ruiñ *erutus*; Ruin *eruta, vellicata*: Ruid/*erutum*, & si aliqvid prius dici potest; certè Ru/*vellus vellendum*; ut *capillitium, lanificium maturum*, qvod notum huic lingvæ est. Hinc (ut significantius dicam) freqventativum at rysta/id est *exscindere, exarare; sulcare*; at rista runir: Phrasis *Runas exarare*. Ut inde certum constet argumentum, unde Runa/ Run dicatur & derivetur. Cur autem uxorem dixerint *Runam* mariti, non opus est ut exprimam, ne obscenius qvid inferre videar: sed qvæ usu recepto fiunt turpia natura non pro impudentibus admittit; seu qvod vulgus Histrionum sanius excipit, Itaqve Vir- *Runa à Ruina.*

 gilius

gilius modeste talia descripturus ait: *fulcos oblinet inertes.* Sed de his satis; ne addendum putes, tria scelera antiqvis maximè fuisse detestabilia; nempe, 1. Perjurium & fœdi fragum esse, qvem alias nyding *ἀπιστία* appellarunt, *summæ infamiæ* nota, *fidem dicta non servare.* 2. Homicidium clancularium & sicariorum more patratum; nam leges nostræ antiqvatæ postulant; si qvis homicida pacem vult impetrare, ternis vicibus se autorem cædis pronum ciet eodem die qvo hominem percussit; alias illi ex professo nigrum præfigêre Theta, ratum esto, & solo capite pensabit. 3. Adulterium, & qvidem in alterius uxorem. Nam mariti pellicatum non usq; adeo graviter tolerasse Ethnicos probabitur, si non apud Israelitas compar fuerat legis executio: Sed male metuo, ne vapulem. Ipse perpende.

40. Strophe.

Enn i hvergemle veit hon vest vera
Þar sugur nid hoggur nâe framgengno
Slytur vargur vera / vitid eñ / edur hvad ?

Aſt in Acheronte novit illa neqvissimum fore
Ibi exugit infernalis serpens mortuos lemures
Rumpit Lupus vorax viros; nostis ultra aut qvidnam?

1. Hvergemle qvasi hver hiñ gamle / *voraginem antiquam*; ita Edda vocat *infimam paludem stygis, seu fontem, positum sub ima radice arboris* yggdrasills, id est *totius mundi systematis* per stygiam paludem inqvam volui expressisse: Nam hver nobis in-

usu ad huc retinetur pro *termis seu ferventibus aqvis*, *ebullientibus violento æstu*, qvales in Islandia freqventes sunt. Sed unde hoc Vocabulum Hver? Licet ne qvæso, ut multa alia, referre ad Hebraicam radicem הָבַר *adustus*. Commodiorem afferre ego neqveo, nam ה in H. seu aspirationem apud Græcos, Latinos & nos exire freqventer qvis mihi negat.

2. Gamall, *vetus*, usurpatius est qvam rationem reddere in hac palæstra necesse sit. Qvod autem gemlir hic pro gamall recipio, Edda me docuit, qvæ *Aqvilæ* hoc nomen imponit; gemlir & certe ab ætate & vivacitate qvasi freqventativum & intensivum qvid? כַּמָּה *qvoties, qvantum* Hebræum esse nostis, sed ego huc referre sine vestra venia nolo.

3. Sugur cum *fugo* sapere originationem ipse vides, nihil addam; nam at suga *fugere* idem non esse nemo negat, nisi ignarus.

4. Nidhoggur / *infernalem viperam*, *antiqvum Draconem* dixeris. Hic habes repræsentatam qvæ in Edda non inepte describetur serpentibus cunctis peior, qvi in stygia palude alias perplures inveniantur, & qvidem plures, qvam qvis excogitare possit. Nomen vero desumptum est a nid qvod *deorsum* & qvid *inferius* denotat, & Hogg id est *verber, vibex, plaga*; hinc facile colliges, ex infernali plaga qvem voce describat.

5. Naar *mortuum cadaver seu manes, umbræ defuncti.*

6. Framgengno enim *defunctos* apposite exponere mihi videor; sed unde nar dicatur, non sen[ti]o explicatum, totus hæreo; ne Hebraicam originationem toties velis ad mitte-

re יָרָה *projecit* בִּירָה *projectus* fuit; qvid vero cadavere mortuo projectius, ipsa enim natura mortuum à vivente separat.

7. Vargur qvasi *vorax* dictum statuo a consimili significatione; *vorago, Barathrum* recte appellatur *orcus*.

41. Strophe,

Austur sat hin alldna i jarnvide
Og fædde þar fenris kindur
Vard af þeim øllum einna nockur
Tungls Tiugare i trolls hame.

Versus orientem sedebat illa senex in ferrea sylva
Et ibi aluit (peperit) rapaces gnatos
Factus est ex illis omnibus singularis aliqvis
Lunæ infestator forma Gigantea.

De hac fabula integer Eddæ Apologus legatur & perpendatur. Vix enim est hujus fori Mythologicam constructionem præoccupare, vocum præcipue interpretationem hic institueram. Et qvia ipsa Eddæ documenta transferre in animo versatur, hic manum aliqvantulum de tabula subduco, ne bis puer senex fiam.

42. Strophe,

Fillest hann fiorve feigra manna
Rydur ragna siot raudum dreira

Svört verda solskin um sumar
Vedur oll valynd viltu en edur hvad ?

Saturatur vita expirantium hominum,
Cruentat Divorum sedem sangvine
Nigrescit Solis lumen æstate
Venti singuli inconstantes; nostis ultra aut qvidnam?

Τὸν παρασελήνιον, Lunæ Lupum fingit & pingit Edda, & hunc ait ferrea matre natum, Jarnvidia in Edda.

1. Fenrir *luporum traditur maximus*, seu *monstrum horrendum ingens* a *fænore* dictum ita colligo. Varro qvidem ait fœnus dici a *fætus*, qvod sit qvædam *fætura* parientis pecuniæ: Sicuti Græcis *fænus* est τόκος a τίκτω *pario*; fætum vero autem Scaliger a φείδω: *parcè & prudenter* cons Græcis: sed nostra lingva fee *pecuniam* & *pecus* significat: fæno in Dativo; abijce nunc ultimam velut redundantem, & adde ryr / interpretatio ecce constat; nam nobis ryr est *corruptor*, *jejunus*. Ergo fenryr non solum *fæneratorem* in sinistram partem acceptum, sed *spoliatorem* denotat *opum*; qvod Apologus Eddæ latius probabit, cum illius vim varijs modis compescere conati sunt Dij.

2. Tungl *luna* denominativum à Tun / *area*; seu compositum a Tun & gaul. originationem Tun vide supra, Thavon, *determinatus locus* Hebræis, sed & גאל Hebræa vox, idem ac *prostituit, polluit* significat. Nos dicimus at fetia a gaul / qvod *prostituitur* & *publicatur*; utrumqve horum lunæ convenit; id est qvasi *area* nunc *plena*, nunc *jejuna* conspicitur, lumine crescente & decidente, tanqvam interdum sit *prostituta* ac-

polluta. Si malis forsan Tungl dici qvasi tun aul *area ambulans*. Alibi vide unde aul *ambulatio* descendat. Qvidam breviter excipiunt Tungl dici vel Tun-gull/id est *area aurea*, sed semel pro ineptijs in hac conjectura habitus, vix ausim idem sæpius iterare.

3. Tiugare/ en fresser; *lurco*; at tiuggia / *mandere, dentibus comminuere*: sive scribatur tiugare aut tiuggare idem est.

4. Troll N. G. *Gyganteum genus universum* sic vocarunt a θρυλλω *susurro, murmuro*: at trylla/etiam dicimus: Hvort troldo tryller annad / Adagium *quasi mali impres, mali Tripes*; nam sicut βροντής a βρέμειν *fremere*, Brontes *Gygas* vocatus, sic horum aliqvis primipilus; a qvo cæteri sunt cognominati seu appellati. Nam voces non semper definiunt rem sed sunt humano arbitrio nomina imposita rebus, prout tunc placitum fuerat; vel dicta sunt hæc monstra naturæ Troll qvasi *Torrulla*, *Τορυνή* a *Staturæ deformitate*, a truare *motus ollæ similes edere*; Græcis *Κλύειν veteres truare & antruare*; unde *Truilla & Trulla*, Ein mortel Kelle/ German: oder Pflaster Kelle.

5. Hamur/ *Exuviæ* seu *Camusia*, ab עם *tegmen, tegula*; alias sumitur pro *habitu truculento & Gyganteo robore*, ut at hamast *ferociter desævire viribus* ab אמץ *robur exercuit*.

6. Fior *vita & qvidem vis vivendi, & conditio vitam retinendi*: Danicum vocabulum ubi kæmpe vysen: Tog fra dem baade fiør oc Fee de Lothero. Vides ergo non hæc magis esse Islandicam lingvam qvam Danicum sermonem priscum qvem tractamus, atqvi credo rarus est in Islandia, qvi hos versus intel-

intelligat; vocabula autem fiør & β/ος sanè cognata sunt; hinc fiørlast vocant *necem*; Havamál: flaraad tunga vard ho. num at fiørlesie ɔ: *fraudulenta lingva fiebat illi in internecionem*; Item fiørhaugur ɔ: *vitæ monumentum pensatæ quodam singulare.*

7. Feigur *fato moribundus, morti appropinqvans & ad moriendum destinatus ac expositus fatis* a פגר *quod pro exanimi cadavere, aut mortem de-fatigato* apud Hebræos interdum sumitur.

8. Dreyre ɔ: *sangvis, & quidem nuper effusus & stillans pellucide;* at dreyra *stillare guttatim*, forsan a λήψη *cervix*; nam ulnus unde sangvis de stillet cervici ut plurimum inciditur apud laniones, milites, carnifices & Lupos.

43. Strophe.

Sat þar a hoge oc slo horpu:
Gygiar hyrder gladur egder
Gól vm honum J gaglvide
Fagur raudur Hane sa fialar heiter.

Sedebat ibi in tumulo & Citharam pulsavit
Gyges pastor hilaris aqvila
Cecinit coram eo in ramis arboris
Puniceus Gallus fulvus nomine

1. Harpa / *instrumentum illud musicum*: Δ forma notum; a Harpa / Harpe *falcatus ensis*, qvod figura eo vergat.

2. Gygur / *Gygas & quidem foemina* antiqvis *a γαια terra; qvod terræ progenies, terram, montes ac antra incolerent,* qvasi γηγένης, *terrenum genus, terræ propago.*

3. Hyrder *Pastor* : Hiørd *Grex*; at hyrda *custodire*; hurd *janua*, qvasi *custos domus*, ad *τηρεω* accedunt.

4. Egder / *Aquilæ nomen* in Eddæ synonymis, ab Egg *juga montium, acumen petrarum*, ubi nidificare solent Aqvilæ, adjecto incremento der; ut ab trygg trygder.

5. Gagl vidur *vertex arboris*: Gagl & Hagl idem est interdum, ob cognationem radicalium ג & ה & ע. Sic eandem vocem, nunc *Homer* nunc *Gomer* legimus, & in Edda *Telum* vocatur vndgagl & vicissim vndfagl. Hagl vero *guttam* vel *grandinem* notat ab אֶגֶל *gutta*: hic denotat *arboris cacumen imbri seu pluviis expositum*;

6. Gøl / at gala / *calare*, tam Græcis qvam Hebræis notum veluti nobis atq; Latinis *Καλειν* קוֹל *vox, sonitus*; Hinc afalla qvod est hominum, & gala qvod Brutorum magis est *vocem sonantem edere*. *vi clamare*;

7. Hane: *gallus*, a *cano* per literam c in h emollitam, veluti *cornu* Horn, *Genu* hnie/ *Caper* Hafur.

8. Fialar *violaceus* a *viola purpurea*:, *sydus aliqvod Lucidum*, NB. in præcedentibus egit de domicilijs cælestibus 1. de Zona inferorum qvam sub æqvatore accidere Græci putarant: Sed Pytagoras a Lacteo circulo imperium Ditis incipere ajebat, cancrum hominum portam, capricornum deorum finxêre Deinde de Lupo coelesti fabula meminit; nunc vero Aqvila seu vultur volans, Lyram tenens apertis verbis memoratur; sedens in tumulo id est in excelso Horizontis; Deinde Galli meminit in summa extremitate, Cynosuram existimo hic notari, sed audiantur seqventia.

44. Strophe.

Gol vm ásu gullin kambe
Sa vekur holda at Herfodurs
Enn annar gelur fyrer Jord nedan
Sótraudur hane ad Solum Heliar.

Sonuit apud Auses auricomus Gallus
Hic exitat vigiles apud Othinum
Sed alter calat infra terras
Fuscus Gallus ad arcem Læthi.

Confer jam ultimum Gallum cum primo & habes duos mundi polos, fere eodem commento descriptos atq; a Virg: Georg: 5.

Hic vertex nobis semper sublimis at illum
Sub pedibus styx atra videt, manesq; profundi.

Qvod vero inter medium Gallum facit unum ex tribus qvi Odino seu Jovi ac Dijs avigili sit, id de Zodiaci polo seu ipso Zodiaco intelligo, qvi auricomus vocatur; qvia præcipuis planetis est proprius, & hi etiam Dij vocantur a Poetis.

Qvidam vero per hos tres Gallos ignem malunt intelligere triplicem, æthereum, elementarem seu terrestrem & infernalem; sed mihi minus arridet.

Seqvitur hujus Carminis pars ultima, de futuris ad verbum vaticinans, nempe de periculis extremis Divorum atqve hominum, qvalem Mythologiam Auctor Eddicus & plures de Bello Trojano, excidioqve Throjæ compositam

 intelli-

intelligunt; verum ut hoc ſit, aliqvam occaſionem & Typos fabulandi inde deſumpta eſſe & obliqve admixta, interim de extremo mundi interitu velut antea de ipſius ortu præciſè & clare agit hæc vates, ut ex ſeqventibus intelligitur latius.

45. Strophe,

Fiold veit hon fyrna/ fram ſieeg eñ lengra
Uñ Ragna Rockur Rom ſigtiva.

Copiam novit raritatum, prævideo ſed ego ultra
De numinum crepuſculo vehemens Joviana.

1. Rockur/ *crepuſculum veſpertinum ſeu occaſus diei* ab *attenuatione* רַקָּה *tenuis.* Ragna Rockur hic ponitur pro *periclitatione* et *aliqvali interitu Divorum in noviſſimo mundi fine eventuro.*

2. Ramur *fortis, robuſtus,* a ῥώμη *robur*; Røm *vehementer fortis et valida ingenio*; nam hæc vox ad animi vires ſæpè refertur. Poteſt etiam & Hebraicum רַעַם *commotio, impetus,* referri. Sigtyr periphraſis eſt Odini ſeu Jovis, a Sig *prælium* unde Sigur/ *victoria.* Hinc ſe *Sigtivam* appellat vates qvaſi *Jove prognatam* aut *ortam* velut Minervam oſtentat.

46. Strophe,

Brædur muno berjaſt oc at bonum verda/
Muno Syſtrungar ſifium ſpilla
Hart er i heime hórdómur mykell

Fratres

Fratres inter se confligent & (sibi invicem) in interneciónem fient
Consobrini consangvinitatem violabunt
Dura in mundo (evenient) adulteria magna. הורה *conceptus est.*

1. Broder & *frater unam originationem sapere videntur, φράτωρ* sic enim mutarunt Æoles qvod erat φράτηρ, & integrum φράτηρ, Hebræis בְּרִית *societas, fœdus, pactum;* proprius accedit nostro vocabulo φράτηρ, *ejusdem Curiæ consors apud Græcos.*

2. Bane / à Ben *vulnus lethale, lethalis clades.*

3 Systur *Soror*; integrum Systur vel Sorstur à *Soror seorsim nata* uti vult Becanus: Hinc systrungur *sobrinus, consobrinus.*

4. Sif / *terræ nomen* est Poeticè prout *Rhea* Latinis, magna scilicet illa mater omnium creaturarum habita. Hinc Sifiar & sifstap vocarant *cognationem* seu proprie *maternam consangvinitatem*; velut & hic antecedens vox innuit alias in Legum Codice & ICtis nostris est generalis appellatio *consangvinitatis* Sifiadur ne Safadur má ei vitne bera o: *Sangvine junctus* aut *sons non valet in testificatione.* Nota, qvod in prologo Eddico dicitur mulier *Uxor* Trois qvæ *sybyllæ alias nomen tenuit*, ab Asis sif esse vocata mulieris nomen postea Siffa qvæ nunc *sylla* retentum est, Heb: שִׁפְחָה *ancilla, fabula,* שָׁפָה *eminuit, excelsus fuit.*

5. Hardur & *arduus* fere conspirant, vel *aridus durescit, ab aere indurante* hæc omnia descendere necesse est.

6. Hordomur qvod Græci appellant πορνή hoc nostrâ lingva Hóro & πορνείαν, Hóran commodè sibi literam primam olim ut nimis asperam non in usu in h transferentes

 sicut,

ſicut alias π. in ſ. tranſit nobis; ut πλάτυς flatur περι ſyre / item in ſ: ut πυκα denſe ; ſycka; ſic πωρ◎, harmur: Qvod ſi qvis me naſo accipiat, qvi me Græcis vocabulis noſtra accomodare, ineptè ac fruſtrà agam, idem mihi reſpondeat de ſeqventi voce Mickel / nonne velit admittere ad Græcum μεγαλ◎ referri vel evidenter poſſe & noſtrum certè meg idem ac μεγα eſt. מִכַּל vero qvid מְיָר *pretioſum, eximium, excellens*, meget Danicê: Verum utà verborum logis ad res & ſententias tranſeamus, qvis mihi negabit hanc gnomen fatidicam eſſe deſumptam ex Heſiodo Poeta illo Græco Throſ: Libr:

Ὀυδέ πάτὴρ παίδεσια ὁμοῖος ὀυδέ τε παιδες

Ὀυδὲ ξεῖν◎ ξεινοδὸκω και ἑταῖρον ἑταίρω!

Ὀυδέ κασίγνητ◎ φιλ◎ ἔσεται ὥς τὸ παροπτει.

Experto credo ruberto. Nam hic eſt exemplum. Idem Ovidius in ferreæ ætatis deſcriptione imitans, ait:

Non hoſpes ab hoſpite tutus,

Non ſocer a genero, fratrum qvoq; gratia rara eſt: Viden ergo monumenta noſtra, illa antiqva Græcorum nonſolum qvoad verba, ſed etiam qvoad res multoties ſapere; nec enim unqvam mihi perſvaderi ſinam ut in ſententiam Goropij Becani traducer, in novem libris Hermathenæ, ubi plus vanitatis qvam veritatis, plus ſtolidi qvam ſolidi concignaſſe fertur, lingvam Germanicam & Belgicam adeo, lingva Hebræa & qvavis alia eſſe antiqviorem; qva de re non ego ſed Chriſt: Bechmanus audiatur, atq; de eiuſdem ſana refutatione; ad ſummum hoc fatebor, qvantum mihi datur perſpicere; & Græcam & Romanam qvam noſtram lingvam alijs prioribus

bus originationem debere, sic etiam documentorum, cum interim in multis tanqvam in uno tertio conveniant & mutuas sibi in vicem tradant operas; & eqvidem qvod nos ê nostris antiqvitatibus retinemus non primum sed postremum sibi locum vendicat inter lingvas cardinales, tamen Becanum multis passibus antecedat necesse est, qvi nunc Germanicam millenariam ipsam ipse intelliget, uti utinam liceret fieri periculum: Nos vero et Teutonica lingva velut & Danica ut ut olim apud priscos est usurpata, adhuc vestigia premimus.

47. Strophe.

Skeggølld skalmølld/Skyllder klofner.
Vindølld vargølld adur verøld steipist:
Mun eingi madur ødrum þyrma.

Sensus heic talis reddendus.

1. Barbata ætas ɔ: *longævitatis*; nam barba permissa id testatur.

2. Armorum ætas, ubi clypei scinduntur seu finduntur.

3. Ventorum ætas, ɔ: *levitatis*; ventosa est levitas.

4. Et ultima lupina ætas, *truculenta*, *ferox*, *sæviens ætas*, priusqvam mundus corruet, seu diruatur.

In qvatuor ætates mundi ævum distingvit; prima fuit antediluviana, ubi senes canam tamdiu barbam fovebant: 2. Armorum ætas ubi Nimrod, Chaldæi, Medi, Persæ, Græci, &c.

ci, & deinde Romani armis de imperiis certarunt; tnamq; ſtalm/antiqviſsimum & Cyclopicum Armorum genus denotat à σκάπω fodio, deinde confodio, vel à שלח missilia arma, ſiculum latinis hoc dixiſse conſtat. Me forſan falſè rides adhuc qvod Hebræis noſtra vocabula tribuam, mihi de ſeqventi vocabulo reſponde.

1. Skylldet in plur: certi clypei vel umbones in hac lingva ſignificant; qvæſo ſodes, qvid ſcuta & umbones Ebræi appellant, nonne שלטים ; ſimilius ego pro dialectoLingvarum non vidi qvam ſchelatim.

2. At ſteipa/ primario ſignificat idem ac στάζειν ſtillare; unde ſteipa / nobis eſt ſtillicidium vel imber, ſecundario ad ruinam ſtringi notat, veluc. στόφω, aſtringo, veluti hoc loco à ſimili, at ſteipaſt corruere.

3. Vindöld ventoſam ætatem ſignificat, vide ſupra ; unde Öld. Vix h cinferre a: ſi n qvod qv dam ſubolent, vatem dixiſse d Spiritus S. : effuſionee ſuſq; chariſmatum proceſsu in penultima mundi ætate, ſiqvidem vindur ſpiraculum nobis denotat, veluti & ventus, nobis vindur / ejuſdem originationis, Joh. 3. Spiritui Sancto comparatur, ſed adduxiſse juvat.

48. Strophe.

Leika Mimis ſynir/ enn Miotvidur kyndiſt
Ad hinu galda giallar horne
Hatt blæs Heimdallur/ horn er a Lopte
Mæler Odenn vid Mimis hofud.

Geſtiunt

Gestiunt Mnemnonis Filii ; sed meditullii gremium flagrat æger,
Juxta illud insanum mysticum cornu
Altum crepat inflando tubam Heimdallus; cornu porrigit sursum
Loqitur Odinus cum Mimeri capite.

† Mymis syner) *ludunt*, qvasi *gestiunt exultando* : Mimer autem qvod vocabulū antea monui sumptum esse a qvodam *Mima*, *Centaurorum primipilo* qvi & hic inter tale genus recensetur : Verum si vocem & rem simul pressius intuemur, qvid sibi hoc nomen velit, se ipsum prodit. Edda hoc modo Hieroglyphice depingit sub una & intermedia radice arboris universalis yggdrasil o: *Jovis vehiculo*, qvæ ad Titanas vergit, est Mimis brunnus *Mimeri fons*: & ille Mimir (o: id est *memor* , nam veteres i. pro e, sæpe confudere) est *repletus scientia & sapientia* , qvam ex illo fonte per giallar horn (id est *revelationis cornu* nam giolla adverbium *manifeste quid* signif.) qvolibet mane potat. Hic per talem Titana Israelis prophetam non obscurè indigitat, ut qvi veram sapientiam & Dei cognitionem alat. Nomen verò à *μνήμη* & *memor* esse desumptum non incongruè esse puto petitum ; nam *mens* & *memoria* scientias alunt. Itaq; hic pro Mimir *memor* seu Mnemnona substituo. Hujus vero Filios in ultimo excidio *gestire* & *exultare* ait , tanqvam de vindicta ab Ethnicis Idolis sumenda ; & id rectè qvidem, si de fidelibus & pro credentibus vero intelligatur; nam tunc elevabunt capita sua Luc. 21, Sat dixisse.

2. Miølbidur/*Gremium terræ*, vide supra. Tunc succendetur flammis, scil. in ultimo mundi interitu, juxta scripturam, ut de Igne subterraneo tunc flagraturo dicere videatur, qvi universam mundi Machinam consumabit.

Cæterum qvod in fine infert de Odino cum capite Mimeri loqvente, id natum est & additum ex posteriori fabula. Nam hi Auses cum Henetis, seu Venetis qvos vane vocarunt prælia gerentes, tandem datis obsidibus pacti sunt, Auses illis suum Philosophum, qvem κατ' ἐξοχὴν ɔ: ostendi gratia Mimerum ab illo priori & peregrino nominarunt recepto Venetorum Poeta, nomine Qvaser; de qvo infra videbis. Veneti autem hunc Mimerum experti, non adeo felici esse ingenio (nam cum maximè consulto opus esset, noluit qvicqvam consilij dare, sed tantum respondit, vos nunc providete) illum decollarunt indignabundi, eiusq; caput Odini transmiserunt contumeliosè. Ille vero magis hoc caput baculo Nigromantico sacravisse dicitur ut sibi de dubijs & futuris, dum vellet ipse, responsa daret, unde veluti per spiritum familiarem multa cognorit eventura & ideo hic insertum est ab Ausis; Odinum ut novissimo mundi periculo consulere caput Mimeri hujus ɔ: memoris. Sed de hac Fabula latius vide Snorronis filium Sturlonem, qvi Autor est posterioris Eddæ, in vita Odini.

49. Strophe.

Ymur hid alldna tre/ enn jötun losnar
Skelfur yggdrasils/askur standande
Geyr nu Garmur fyrer gnypa felle
Fesiur munu slitna enn freke renna.

Ominando sonat antiqva arbor sed Titan solutus fiet
Horret Jovis vehiculum, arbor erecta, stans
Lateat nunc Cerberus ante jugum montis
Catenæ rumpentur, lupus vero curret.

1. Ymur/hic verbum est; alias ymur *omen* & *sonus* est; unde yma *prælium*; à *Castrensi sonitu portentoso*.

2. Alldna tre/ olden Bawm/ *Arbor aliqua fatidica seu ominosa*; vel si mavis, *mundi totum systema*.

3. Jotun losnar; *Titan* hic *Prometheus* est, qvi in Edda hrymur vocatur; vide constructionem suo loco.

4. Garmur/*inter Canes maximus* in Edda depingitur velut *Cerberus* apud Græcos, à גַר murmur seu גַּרְגְּרָה *guttur*, qvod multa habeat guttura panda, vel à terribili aspectu γοργὸς, ut gorgon; m sæpe inservit pro supplenda vel formanda voce qvamvis nil ad radicem.

5. Gnypafell. Gnipa/ *montis jugum* seu *murex*, fell vero *monticulus*; sic *Tanarum montem* signat, ubi in spelunca latitare fingebatur Cerberus, ante ostia Plutonis; omnes denlq; catenas

 tunc

tunc dirumpendas ait, ut universæ naturæ monstra solvantur ac singula destruantur.

6: Frekr *nomen Lupi* à פרך *aspera sævitia, ferocia,* qvasi *ferox*; hinc nostrum frekur *asper, sævus*. De hoc lupo vide Eddam.

50. Strophe.

Hrymur ekur austan hefur lid fyre
Snyst jormun gandur i jotun môde
Ormur hnyr vnnenn are flackar.
Slytur nâe nef folur enn naglfare losnar.

Hrymerus vehitur ex oriente cum copiis
Vertitur Draco immanis in cyclopicam rabiem
Serpens motat maria sed aqvila pervolat
Laniat cadavera fulus naso, sed navis ungvibus structa solvitur.

1. Hrymur/ *proprium nomen maximi inter Cyclopes seu* gigantes; nomen petitum est a hrym *o: pruina* per *μετάθεσιν* literarum mobilium velut antea monui. Reducendum vero & hoc vocabulum ad Hebræam Lingvam, velut utriusq; antiqvitatis, tàm in nostra qvàm in Latina lingva, matricem. Occurrit itaq; חררים *exustiones, loca calore exusta, siccata*, ab חרל *adustus est*: Nam ex concursu adustionum & frigoris primus Hrym burs ymer *o: Titan seu Centaurus imbrus manasse traditur* in Edda Apol: 3. Sed unde dicitur pruina? Volunt qvidam qvod plus urat, nempe densior ac compactior nive, ideoq; ob partium constitutionem urit. Mantuanu

ñus ; *Frigent urrentibus arva pruinis.* Extremi igitur ſenii frigus hic vides Mythologiam, qvod mundo eſt eventurum, qvia ſenis fit mentio principii; qvod autem frigus adurat, Virgilius qvoq; ſentit 1. Georgic.

Boreæ penetrabile frigus adurat.

Item Tacitus : *Multorum artus ambuſti vi frigoris ut exanimarentur.* Feſtus : *Frigus dolorem concitat, adeoq; vitalium inſtrumentorum hoſtis eſt acerrimus* : ſcilicet, is hoſtis in elangventi ſenio mundi ſuperveniet, ad deſtructionem concurrens. Fabulam vide latius in Edda.

2. Jormungandur *immanis ille Draco terram ambiens & in oceanum a* Diis *disiectus* : Edda Apolog: 28. Mythologica eſt idea vaſtitatem convexi denotans, qvæ ſua mole aliqvando ruet. Nomen deſumptum eſt ab Ormun a: *devaſtatio*, & propter euphoniam Jörmun: Nam J multis vocabulis præfigitur, qvam vis radix neſciat tantum pronunciationis gratia de qvo alias monitum eſt, ab Hebr. עים *nudus, deſtitutus*, & Gandur *magica vis*, vide ſupra Gan. Hic Draco & mundum deſtruendum converſurus in Edda pingitur: Poetæ vero noſtri Achillem hunc fuiſſe putarunt fictum.

3. Are / *aquila* ab ætate longæva dicta putatur ut Edda habet; mihi magis placet vox ארי *leo* à carpendo, אָרָה *decerpſit*, nam qvod leo inter feras, hoc aqvila eſt inter volucres, carnivora, carpens ac lanians, veluti hic inducitur ille Aqvila, de qvo antea.

4. Flackar *vagatur incerta via q. errat* ἀπλανάζω, πεπλεχα *errare facio*, interdum *volitare* denotat, qvaſi freqventativum ſit a volo: avi. ek flyg/at fliuga, Deri: flacka *pervolare*.

5. Neffølur : alio manuſcripto legi nidfølur/ ut idem ac nidhøgg denotare autumem; de qvo ſi non ſatis ſupra, vide infra ſub finem Carminis totius.

6. Nagl-

6. Naglfare nomen Proprium *monstrosæ navis*, qvæ Hrimerus antea memoratus in exidio hoc vehetur, nomen pater unde desumptum sit ab Nagl seu Nogl/*unguis, ungula*, vel à נגה *petijt cornibus*, נגע *tetigit, læsit*, qvod ungvium est, vel referri debet ad ?לנ *clausit*, ?סגער *clausura quod digitos claudant*, unde & Nogel *clavis*.

7. Fare a Far, *navis species*, unde & ferja *Cymba*, at fara verb. *ire*, פרע *recessit, avertit se, abstraxit*. Itaqve ungulis excructa navis hic notatur qvæ in commentis Eddicis latius exponitur atq; eo pertinet.

8. Losnar *solvitur*, at losa/leysa / λυεσθαι לוז *dissolvi*, à λύω λύειν et leise; hinc inchoativum losna.

51. Strophe.

Kioll fer austan/koma munu muspells
Um log lyder/enn Loke styrer
Fyrer fifls megum/ med freka allir
þeim er Broder at Bilvifs i for.

Muno/Mun/ Dan. monne à maneo, μένω, futuri vel Aoristi signum à l i מָעוֹן *maon, mansio*, מָעוֹן *mansit*, bleff.

Garina it ab oriente (procedit ab Föo) venient mystici
Per maria liqvida populi. Sed lochus gubernator est.
Præ Lochi filijs cuncti hi cum Lupo, s: copias jungunt
Cum illis una est frater Biliberi in itinere.

1, Kioll vel Kiolur *Carina* vulgo vocatur, alias *cujus libet rei summitas*; ut Kiolur *juga montium* in Norvegia & Islandia proprio nomine dantur, Item nonkioll / *Jugum*

Jugum montis, hora nona sub sole collimatum certo sc. loco. Hic autem Carina sumitur pro tota navi synecdochicè, sive à Κυλίω *volvo*, vel à גָּלַל idem. Magis autem heic mihi placeret radix כָּלָה *consumatus est ex toto vel totus*; nam præsupponitur navis ex ungvibus mortuorum consumanda Vide. Edd.

2. Muspells synir/ hic lydir in Edda qvasi *electi Dei summi ministri* describuntur & Muspells heimur in Edda describitur tanqvam *angelorum & beatorum lucida domus inaccessa* Qvi Etymon hujus vocis qværit, is mihi dicat unde Musæ & Pallas dictæ sunt, & ipsam rem habebit, Musas qvidem dictas volunt *ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι*, unde mysteria. Pallas vero sivè à *παιίω vibro*, seu à פָּלָה *mirabilis*; electos autem Dei ministros hic velut exercitum intro ducit *qui verè sunt mysterijs & miraculis prognati*.

3. Løgur nobis est qvod Latinis *Liquor* à Lix, opica voce *aqvam* significat; ut eandem esse vocem facile cognoscas. Heic & sæpius pro pelago tropicè ponitur; qvasi p reiecto *lagu*, løgur maria denotet; interim at laga est *liquescere*, veluti in Hávamalum; øl var vppdrucked sumt olagat/ o: *liquore fatuum dum Cerevisia nondum satis cocta ac liqvefacta polentis pene cruda est adhuc, nec ad debitam venit perfectionem*: Ideo ait, qvidam potus erat epotus, qvidam *ἄπεπ(τ)ος*, qvia nimis recens nondum factus.

4. Fiflsmegar *fatui filij*: fifl enim *fatuum* denotat: q: *fibila dignum*; inde a *fibilo* dictum puto antiqvis *fifflo* à *σιφλόω ignominia afficio, σιφλὸς irrisio* שִׁבֹּלֶת *fibillus, susurrus aqvarum*

susurro

susurro ac *fatuum* cognata sunt; heic vero Lethi progeniem intelligi Edda exponit ut pote fatuam & susurrantem contra vitam vel Lochum, Hic vocat Fatuum seu Histrionem cujus filia fingitur Lathe, de qva fabula vide Edd.

5. Mogur antiqvis est *filius* de qvo vide Rigsmal seu Rigsqvedu/qvæ postea exponetur nempe primus hoc nomine Majus, à Maja matre vel Mercurij vel alterius primarij dictus est filius, deinde qvilibet filius per synecdochen speciei, seu partis pro integro.

6. Broder bileifs *frater Biliberi* id est *secundi liberi Patris*, seu *vejovis*, bileifar enim & bileifur/nunc etiam baleifur / unum est ex nominibus Odini in Edda. Odin vero pro Jove plerubiq; ibi substituitur; hujus frater ultor Prometheus seu ipse Abel Cainum ulturus dicitur in ea cohorte esse qvæ de Letho venit, nam mortuos Lethi hospites tamdiu fore Ethnici crediderunt. Verum de his jam pauca ut pote signantius ipse cogites, qvanta in his fabulis sit cum universis antiqvitatibus Græcorum ac Poetarum congruentia:

52. Strophe,

Hvat er med Asum hvat er med Alfum
Allur gnyr Jotunheimur
Stinia dvergar fyrr steins dyrum
Vebergs vyser vitid eñ edur hvad .

Qvid inter Deos fit; qvid inter Angelos
Tota tremit Titanum domus

Singul-

Singultant Dvergi (Nani) ante ostia saxorum
Sacri montis Imperator qvoq;,nostis ultra, aut qvid!
Vocabula hic nota recurrere, qvæ antea sunt explicata;
Horrorem vero extremum non obscurè versus innuit.

1. Veberg. Ve/*Sacrum atq; Tbrion* qvod semper in hac Lingva significat,&qvidem *ipsa Numina*,de qvo supra Strophe 4.unde hæc composita fluunt. (1.) Ve onn/anciqvis *religio*. Hann giordest Vargur i Veonn, *factus est Tyrannus in Religionem*, in Historia Marij; (2.) ve bond/ *locum Jurisdictioni* aut *sacris dicatum & circumseptum* vocarunt, qvæ vox adhuc in Codice Legum nostro retinetur; (3) Veden/prop: Nomen viri qvasi *Mystagogus*; nam (4/) at Vygia/ qvod Græcis *μύειν* inde derivari me eruditiores statuerant. Huc qvo Vygd / non qvod Germanis Weinacht/ *sacrata nempe nox natalis Christi*; Item Vemundur/Prop: Nom: viri qvasi *Sacra manus*: (5.) Veberg / *Numinibus sacrata petra*, velut hoc loco ponitur, pro sc: *aris & focis sacrorum*. Hinc Cimbriæ Civitas, qvæ nunc Viborrig/in Historiis scribitur antiqvis Vebiorg / idest *Sacra Petra* seu *sacris destinata*, *Delubrum nempe* sive *Phanum*, nam Bierg(Vebirge) *rupes* Olim vocabantur, veluti & nos adhuc in Islandia appellamus, non vero *montes* aut *montana* Ovid, Fast. 3. l.

Vis ea si verbi est, cur non ego Veiovis ædem
Ædem non magni suspicor esse Jovis.

2. Vyser *Rex* seu *Rector*, primitivum, pro *minore Jove* (si non *Vejovis*). Vys o: *σόφος* *sciens, sapiens*; radix esse potest חכם *sapiens*: Hinc plures descendunt voces; ut Visſá & Visdómur; Vit id est, *sapientia, Scientia*; Item Vysare *index*; at vysa *indicare actu vel opere seu signis*; vysa/ *versus* Item þad er hans vysa; det er hans Vesen ut nunc loqvuntur, id est *mos, versura*. Hic porro ubi sacri Rupis rector vel index, uti Vebergs Vyser positum est.

intelligo vel *Apollinem* seu *Helenum Troianorum sacerdotem & vatem*, nam Amphibolia in hoc æuo utrobiq; latet.

53. Strophe,

Surtur fer sunnan med sviga læfe
Skin af sverde sool valtiva
Griot biorg gnata/enn givor hrata
Troda halir helveg enn himen klofnar.

Sother venit ab austro cum facium flammis
Micant ex gladio radij ad cædem armati.
Saxei rupes tremunt sed Gigantes percellunt
Terunt viri lethalem orbitam & cœlum finditur.

Hæc de grassante excidio Troiæ dicta fuisse qvidam intelligunt per auxesin & allegoriam, verum qvomodocunq; hoc sit, manifestum est ultimi excidij mundani hic fabulam texi sive a Trojæ ruina fuerit deducta velut in sacra Historia Solymæ urbis dirutio typis ponitur novissimæ mundi destructionis atq; cum ea sæpius confunditur.

e: SUrtur *nigrum qvidem* seu *Melanthonem* videtur referre qvoad vocabulum; nam svartur *niger* Romanis est seu *ater*, verum qvia hic descriptio. hujus & Officium planè repugnat, altiùs puto rimandum unde nomen sit petitum; nam splendere dicitur armis & flammis, & lucis alumnus in Edda insignitur veluti Michaelem qvendam nobis propinare, Videatur Fabula. Itaq; vocem *σωτὴρ* hic per surtur puto

puto redditam, nem pe is qvi per incendium ab extrema vanitate mundum liberat ac lustrat. Poetæ vero hoc de Græcorum Imperatore Trojam incendio consumente capiunt; missum ergo faciam.

2. Svigalœve, sviga vocamus *ramunculum* seu *Bacillum ex corylo* vel *tenui fraxino* a verbo eg sveigt *vieo, curvo*, velut *juncum* pro *arcu* potest etiam accipi. Lœvi vero *flamma* vel *inflammatio* est a loge *flamma* Hebraice להב & lahat, qvo lœvi facile reducitur. Faces itaq; seu Cremia vides hic memorari.

3. Sfin micat à shemes *sol*; unde & styma *laqvear relucens*: Solem vero Hyperbolicè hic nominat pro *radijs* seu *fulgore gladij*

4. Sverd/*gladius, ensis. à* שרט *incidit*, שרט *incisio*, & verbum nostrum at skera *scindère, secare, incidere*. Sverdt vide alibi.

5. Griot *lapides complures in humo occurrentes à* כרה *effodit*, vide alibi.

6. Gnata *tremunt*, nos adhuc retinemus at nötra, pro *horrere, tremere*. Hvör tønn nötrar i heim er kalldur er ɔ: *dentes horrent in algido corpore*.

7. Hrata nunc Hriota dicimus ɔ: *præcipites fiunt, deiiciuntur*. חרף *decidit motu*,

8. Givor / *Gyges monticulæ* à γηα *terra*, vide supra.

9. Haler / *viri facinorosi*, seu *militari gloria famosi* ab הלל ɔ: *fuit, gloriatus est jactabundus*; *Hillul laus* nobis Hool *laudatio*: Hic vero per synechdochen intelligitur qvod vis hominum genus.

10. Treda / *terunt* vel *trudunt*, idem est vocabulum τειρω τείρω, *tero* pro *trudere*: at troda nobis jam in usu est.

54. Strophe.

Þa Kiemur Hlinar harmur annar
Framm er Odin/fer vlfvega vid
Enn bane Bela biártur at Surte
Þar mun Fryggiar falla angantyr.

Tunc veniet Helenæ luctus alter
Progreditur Odin contra seu adversus lupum
Sed Beli percussor fulgens adversus Sotherum
Ibi Phrygiæ occumbet maritus, necessitudine victus.

1. Hlin una ex *Deabus Asoum* & qvidem *Venus* juxta Eddam. Hoc agnomen gerit ab at lina / *linire, mollire* dicta, seu *Luna* ab ἥλιος *Sol* σελήνη; unde postea σελήνη appellata. Venerem enim seu Phæream (Feriam) dixerunt in caussis velle juvare & calamitates velle linire unde dicta sit Hlin. Sed qvicqvid est Helenæ hoc nomen in nostra Lingva respondet.

Apollo vel hic Paris Freyr enim est 2. Bane Bela est Freyr seu *Apollo*; sed Belus *idolum* Ethnicum seu *Deus* putativus Chaldeorum atq; Syrorum *Phoebus*, qvorum Lingva Hel, unde ἥλιος dictus Græcis. Vide de Belo Bechmannum de originatione Lat. ling.

In Edda hic pro horribili Centauro depingitur; Origo vocis sane est à בַּעַל *Dominus, maritus*; βηλον qvidam *astrorum* ac *ætheris* dicunt *ambitum*.

3. Biartur *candidus, lucidus* a בר, ברר *purus, clarus*, בוֹר ה *puritas* nobis byrta, fere conveniunt.

4. Sur-

4. Surtur/ de qvo antea (hic videtur opponi *lucido*) tanqvam *furvus*. Nomen ipsum sonat à שׂרף, *ussit combussit*. Nam ab *ustione* fit *nidor* & *furvitas*; forsan adeo mens Et nica appellat mundi (Troiæ) destructorem, à flammarum exustione, & in carbones vertendo omnia.

5. Angantyr/ qid sit angan ἀνάγκη antea expositum; hic ad periphrasin supplendam additur tyr seu *Mars*; ut signanter *Odinum* exprimat, sed non aperte; hæc enim vox *maritum necessarium defensorem* denotare videtur: Lupus enim ille Tyrannicus qvem Pyrrum occidentem Priamum olim fuisse significatum autor est Edda; Odinum sternet.

6. Ulfur & *Lupus* metathesis Literarum, idem est, de cæteris supra dictum, nonnulla occurrunt infra.

55. Strophe.

Þa kiemur hiñ meire mogur hlodniar
Gengur Odinßon vid ulfvega
Lætur hann mege hvedrungs mund offstanda
Hiot til hiarta þa er hefnt fodur.

Tunc venit ille major natus Vestæ
Graditur hic Odini Filius adversus Lupum
Facit is nato Cyclopum manum insistere.

1. Hlodni/ *Vesta* ritè vocatur, ab hlod *ara focus*, & ny *Nympha*, γῆ, γᾶ, γῆ. Verum *Vesta* qvoq; *Terram* aliqvando significat; terra vero interdum apud Poetas uxor jovis ponitur,

 scili-

scilicet apud Scytas Jovis uxor colebatur, juxta Herodotum, cui attestatur Edda; Jord h: fona Odins o: *Tellus uxor Odini*, eaq; fatidica Frygg aliàs vocatur; sed una ac eadem est revera, nam hæc ab Æscylo in Prometheo futurorum præscia *γαια* nominatur *atq; Oraculorum mater*, & tellus multorum fauces, una (ait) futurum qvæ fieret, vaticinata est. Καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία ... Vicissim in Edda: Frygg maneg fleſt vita o: *Hæc fata novit plurima*, forlog þott hun fæſt ſtige *quamvis pauca revelet*. Ulterius nota, terram, Titanis uxorem facit Hesiodus Cœli matrem; sic Edda eam alteri viro Titani antea nupsisse ait, qvam Jovi Odino, cui nomen Onar, *ὄναρ Somnus*; jam vero si cæli mater est, vidar est in Edda appellatio *coeli* una, ut hic habemus a vidur *planus, latus*. Cœlum hic Terræ filium ait opprimere hoc monstrum Lupum; sed de his copiosius in Edda perspiciatur qvomodo hic Filius Odini & terræ Lupum vincendos Patris cædem ulciscatur.

2. Hoedrungs møg/*Lupum* vocat id est, *Centaurorum nepotem*, qvia mater eius angurboda ex illo grege nata dicitur in Edda Gygur ex Jotunheime fuit, Hvedrungar appellati sunt, *cyclopes & centauri*.

3. Mund *manus*, olim freqvens; unde mundløg *malluvium*; mundhangur *trutina, æquilibrium*, qvod de manu pendeat. Huc item propria Nomina, Asmundur / Godmundur. Vide alibi. Manu enim hic *vidarus* lupi os dilaceravit ac dirupsit qvem Eddæ scriptor æneam fuisse autumat.

4. Hiørt *gladius* הֶרֶב *pugio, ensis, harpe*.

5. Hiarta *καρδία, corde*, idem vocabulum constituunt.

56. Strophe

56. Strophe.

Gengur Odinsson vid Ulfvega
Vidrer of vegi ad valdyre
Neppur af nadre nidrs okindum
Drepur af mode midgardz veor
Munu haler aller hrims stod ridia.

Procedit Odini filius e regione lupi
Viderus obviam bestiæ carnivoræ
Tudes fitensis filij intrepidi
Occidit truculenter Numina Mediæ arcis
Homines cuncti mundi fulcrum seu columnam evertent, versabunt.

1. Veor *Numina Vejoviana q: Veiovis*, vide supra Ve.
2. At ridia *vertere* Item *exonerare, verrere, purgare*.

57. Strophe.

Sól tekur sortna sygur folld i mar
Hverfa a himne heidar stiornur
Geisar eime vid alldur nára
Leikur har hite vid himen sialfan.

Sol fit ater, mergitur pulvis in mare, *terra*
Subtrahuntur è cælo serenæ stellæ
Furit ignis erga seculi oram
Colludit æstus summus cum Cælo ipso.

1. MOLD *Tellurem* appellant Poetæ, Ger: Felt (ab Henetis puto hoc vocabulum mutuatum); ij etenim terram adhuc Fold vocant, primitivum vero hujus *pulvis* poterit existimari.

2. Eime *ignis*, unde Eimiria *favilla*, nobis in usu est adhuc, sed corruptè; nam qvidam dicunt, scribunt & exprimunt ineptè; einmyria ab αἷμα, *sangvineo colore* forsan *ignis* sic dictus est, vel ab ἠμύω *inclino*, *cado*, qvod huc commode alludit.

3. Nare *ora, margo*, maximè *costarum ora* seu *extremitas juxta ventriculum* ubi desinunt *costæ*, hic pro *extremitate seculi*.

4. Hile qvidam legunt Hite/ sed idem est, *calorem* enim seu *æstum* utrumq; significat, primum ut primitivum secundum ut derivatum, ab εἵλη & ἵλη, *calor*, veluti solaris qvod nunc yl vocamus, unde elldur / Ild originationem sumere conjecturam facio, Item ἀλέα, idem, ignem omnia (seu Trojam) consummentem depingit. Gæt: vid; supra.

58. Strophe.

Festur muno slitna freke renna
Jord vr œte ida grœna
Falla forsar flnaur ern yfer
Sa er a fialle fiskavcider.

Cathenæ rumpentur lupus percurret
Terra ex mari emerget viridis, seu,
Terra arida ex aqvis denuo florens emerget
Labuntur Catharactæ, volat Aqvila supra
Qvi in monte pisces venatur e. i. Lochus, vid. Edd.

1. Ægen

1. Oegen vel Eier, *Oceanus* ωκεανος. Hæc tria ab Hebræo אֲגַם *stagnum*, ut & ægæus derivari divino, nam *oceanum* hic significat è qvo terra rursus de integro emerget. Existimas ne ergo mecum, heic non tam de excidio Troiæ verba fieri, cui hæc minime competunt de mundi termino, in qvo terra velut olim ex oceano denuo emerget

2. Ida *vertigo*, nomen est qvod competit *fluviorum vertiginibus* & verbum at Ida id est, *emergere, assiduari, continuari*; nam Idia est *assiduum opus*, Idull *assiduus*; hinc J þrott/ qvod nunc Danicê Idræt vocatur, emergit suo modo ad Jad יָד *emissio* seu *emersio rei cujus libet* referri potest; unde Jad *manus* veluti Latinis a *manando* nam inde *manant* actus & operæ, operationesq; emergunt.

3. Orn *aqvila* vocatur, utiq; κατ' ἐξοχὴν ab ὄρνις *avis* seu in propria lingva ab Ern *multa senectute firmus*. De æno hoc consulenda est Edda in suis Apologis.

4. Fissur & *Piscis* qvis mihi negat idem esse vocabulum.

59. Strophe.

Finast Asur a Idavelle
Of um mold þinur markan dama
Ok á Fymbultyr fornar Runer
Mál öll minnelig mala aller.

Conveniunt Aulæ in Idæ campo
Et de humi ligno potenti discernunt
Et Runas antiqvas Mercurij
Sermones memorandos loqvuntur universi,

1. Finur *Arboris species*, per synechdochen, Physicam illam arborem Yggdrasill notat, de qvo supra & paulo infra. Hinc vero a טנא *corbis, tina* qvibusdam Latine, qvod hæc arbor juncum nobis semper referat, unde corbes.

2. Doema à דין *Judicare*, & Dan. *Judicium*; hinc Ting, thinget *forum* seu *Conventus Judicantium*; vide alibi.

3. Fymbultyr à *Φημι, Loqvor, Mercurij Periphrasis*, qvi Deus Eloqventiæ & artis literariæ antiqvis comuniter habitus est.

4. Runer & cætera vocabula supra sunt exposita. Fymbul infra videtur, ubi Fymbulvetur & Fymbulkulur occurrit exponendum.

60. Strophe.

Þa muno epter vndursamlegar
Gullnar toplur i grase finnast
Þess er i ârdaga attar hofdu.

Tunc reliqvæ mirabiles
Aureæ tabulæ in herba reperientur
Eorum qvi has olim possiderunt.

1. Toplur seu Toblur; nam antiqvis Runis pariter scriptum esse utrumq; sine differentia necesse est, cum aliud P qvam B ignorarent: Qvidam *calceos* heic accipiunt; sed ego illam interpretationem posthabeo, qvia 1. hoc vocabulum Tapler est neotericum & Germanicum nuper à sutoria arte invectum, pro *calceis dissolutis* & *dimidijs*. 2. Qvia *calceoli* parum habent momenti, sed *aureæ tabulæ* ut pote monu-

monumenta Hieroglyphica, auro inſculpta ac inſigniorum veſtigia a תֵּבֵל *orbis, tabulam dictam eſſe* ſupra divinaveram.

61. Strophe.

Muno oſaaner akrer vera
Bølz mun alls batna Balldur mun koma
Byggia þeir Haudur ok Balldur hropts ſigtop-
ter
Vel valtivar/vite þid enn edur hvad ?

Agri erunt inculti, ɔ: *ſponte ferent fruges*
Ægritudo moleſta omnis deſinet, Baalides (Caritas)
veniet (redux)
Incolent Plutus & Baalides martis caſtra
De ſuffragijs militiæ, noſtis ultra aut qvidnam eſt?

1. Bol *moleſtia ægritudinis & adverſi obrutio*, *á* בּוֹל *marceſſens ramus* vel *truncus*; Item *tempus marcoris* qvo folia defluunt.

2. Akur *ager*, *ἀγρὸς*, qvis unum ac idem origine eſſe negaverit? nam veteres noſtri f pro g. promiſcuè utebantur, velut & e pro i. d. t: þ. & p. b. ut nuper monitum eſt.

3. Hropt *vox* eſt pleriſq; *incognitas* qvantum cunq; laborent tantum reperitur in Epithetis Odini vel Priami ſeu Jovis; qvod vocetur qvis illorum Hroptatyr vel Hroptur aut ſighroptur/fere ut hoc loco. Qvoniam vero reperio *gladium* vocari Hropta & poſtmodum Hrottá/unde a: niſi ab הֹרֶב: Hoereb, Hropt additot; itaq; hæc vox Odini, Priamo, Marti, jovi,

ti, Jovi bene competit, esse scilicet *Harpiger gestans enses & gladios.*

4. Topt *sepes, circumsepta area* seu *domuum prima structura* à תאוית taovoth *terminatus locus.*

62. Strophe.

Þa kna hann hæner hlaut vidkiosa
Oc burir byggia brædra tveggia
Vindheim vydann/veit eg enn edur hvat ?

Tunc Anthenor alter particeps fiet
Et filij incolent fratrum duorum
Ventorum domicilium illud latum, novi ultra sed qvid?

1. HÆnir / *Asoum assecla, Rex*, & qvidem orkongur describitur. Per hunc *Anthenora* puto hic exprimi. 1. qvia dimidia dictio congruit; Henor & *Haner* ab ἤνωρ ἄνωρ pro ἀνήρ, nomina a robore & qvidem juxta Livium socij Anthenoris & comes populus Heneti sunt, dicti qvi & postea Veneti lib. 1. Sensus utiq; in hoc versu talis est atq; Virgilij ubi ait: in aureæ ætatis descriptione juxta Sibyllam.

Alter erit tunc Typhys & altera qvæ vehat argo
Delectos Heroas erunt, etiam altera bella
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Item supra de agris :

Molli paulatim flavescet campus arista.

2. Burer Brædra tveggia / *fratrum duorum nepotes* vidar oc vale byggia ve guda þa ed slatnar surta loge; *Æneas & Helenus sacraria Divum incolent, qvando sedata fuerint incendia seu flamma Sotheri.*

63. Strophe.

Sal ser hon standa solu fegra
Gulle glæstann a Gimle havum
Þar skulu dyggvar drotter bua
Og um alldur dag yndis niota.

Arcem videt illa existentem sole nitidiorem
Auro splendidum, in antiqvo illo cœlo sublimi
Illic virtuosi populi habitabunt
Et per seculorum dies delicijs fruentur.

1. SAl סלל *sublime atrium, subdivale; supra sæpe obvium.*

2. Gull ut tandem dicam *aurum* à סְגֻלָּה *peculium pretiosum*, abjecto ם, & terminatione vox inconcussa remanet Gull. Si vero nimis longe petitum hoc tibi videtur animadverte seqvens.

3. Glæstur *splendidus* à גָּלַשׁ *splenduit, nituit*; solus enim iñcompertus necessario negabit nostra vocabula Hebræam sapere originationem, nisi velit clausis oculis limum prospicere.

4. Ynde ἡδονὴ *voluptas* per Metatesin literarum idem est, nam significatio & literæ congruunt ab עֵדֶן *oblectatio.*

64. Strophe.

Þar kiemur hinn dimme drekę flíugande
Nadur fram nedan nida fiollum
Ber sier i fiodrum flygur vollð yfer
Nidheggur nåe nu mun hann seygvastseu sock-
vast.

 Ibi

Ibi venit obscurus ille Draco volans
Viperæus palam, ab inferis montibus
Portat in suis pennis, transvolat humum
Serpens infernalis cadavera nunc demergendus.

1. Nido a Nahat, nihat נחת descensus, infimum ac subtus significans.

2. Hogg הק impressio, insculptio ab הקק impressit.

3. Sockva a שקע in profunditatem demersus est; nam seyqvar passive sockvast plane idem significat;

Obiter Hactenus interpretationem hujus carminis percurrere fategeram, ut verborum potestatem ac significata aliqvo modo exprimerem, minus vero de Mythologica expositione sollicitus veluti qvidam faciunt qvi ex qvovis Poetarum æno venantur Mysteria tum Physica, tum Ethica, si non Theognostica; verum mihi hac in re cessandum statuo, & manum de tabula citius subducendam.

1. Qvia percepta verborum significatione & orationis sensu habito, qvilibet ipse potest ratiocinium addere & reputare qvid sit documenti, & qvomodo cum Fundamentis Physicis ac Phylosophicis congruat.

2. Non est hujus negotij ad ungvem omnia ænigmata ista examinare, partim qvia carmen habemus non integrum sed mutilum, partim qvod commodius ex posteriori Edda possit declarari.

3. Usus hujus antiqvissimi Metri potissimus ad demonstrandam autoritatem Idiomatis & originationem vocum mihi erat propositus finis; nec non perspici potest hinc priscam hanc rationem nec non fuisse in sua Theogonia Philosophia plane vecordem aut alogam, sed cum cæteris Poetis ac Philosophis multa principia habuisse communia & Dei aliqvalem con-

confiderationem ac Numinum reverentiam ubiq; viguiſſe, qvamvis vera noticia Dei, creationis & Religionis fuerit tenebris involuta, ac fabulis intricata tam apud noſtros Majores qvam apud cæteros gentiles, nobisq; intimo corde Deo agendas fateamur gratias, qvi lucem ſuæ cognitionis, ex ſermone ſuo θεόπνευςῳ indulſit & largitus eſt, Syr. 34. potius qvam in his nugis hærendum ad explicandam operum Dei obſervantiam: Nam ſine mendacijs lex perfecta manet, & Dei verbum noſtra lucerna, & in fidelium ore v. 8. conſumata ſapientia ad cognitionem nempe ſalutarem & ſobriam. Hæc autem adhibentur tantum veluti qvæ viciſſim inſuper haberi poſſunt; qvibus uti non frui, noſſe non niti decet Chriſtianos homines; omnis autem rei inſpectio, Ethymologia planior fit, rectè cognita, juxta Iſidorum, cum ratione vera hoc aſſerentem, qvia non bene cognitis vocabulis, male de rebus diſſeritur juxta eundem. Inter rationes originationum omnes omnibus probare deſum, novi enim Judiciorum divergia: Nam ſæpe unum ac idem laudatur ab his culpatur ab illis.

Lingvas vero has cardinales unam alteri multa debere nemo facile negabit, ni cerebrum geſtet in calcaneo. Primam ſci: omnium eſſe Hebræam; proximam ab hac Græcam, & ab Aeolis Latinos ſuum traxiſſe Idioma probat ex Hiſtorijs & originationibus Chriſtianus Bechmannus. Nos vero ijsdem Æolis & Ionijs eſſe oriundos non poteſt diſſimulari, niſi documentorum fidei ac vocum rationibus bellum dicamus, adeoq; Ebrææ Lingvæ depravationem ſinguli apud ſe agnoſcant, non vero ita a gentibus perijt, qvin veſtigia comperiantur reliqva tam in Græca & Latina, qvam in noſtra lingva paſſim obvia.

Annota-

Annotatio de vocabulo Þurs.

Turris, τύῤῥις, τύρσις, ut Attice τάρσος, τάῤῥος, dicta a Tyrrenis *turrium inventoribus*, nisi illi magis ab istis. Dyonisius ait: à Thyrrhenis densius exstructæ domus vocantur Tyrses, sed & hinc conciliatum nomen Tyrrhenis produnt nonnulli, a Tyrsium monumentis, veluti Mosynoecis, in Asia de turribus dicunt. Tyrses qvoq; nominat Xenophon. Apud Heb. est צוּר *petra* vel *turris habens angustam aciem*, a Rad: צור *angustavit, compressit, constrinxit*, nobis Þvar, infinitivo at Þvera scil. *paulatim in cacumen exacuatum*. Colligo itaq; Þursa in Edda nomen traxisse a turre Babylonica, qvam fastuosè exstruentes confusi sunt & disturbati eorum nempe proceres atq; Architecti, qvi etiam Titanum & Gigantum fabulis apud Poetas Græcos & Latinos representati fuere.

Lofe á *Lax, Lacis* id est *fraus*, unde obsolet: laceo, lacere, *decipere* antiqvis, unde pellicere dicta nunc sunt in usu; qvin & Grœcis λόχος, *insidiæ, fallacia*, λυγη *obscuritas tenebrosa*, λοχάω *insidior*; unde nostrum Ljuga *mentiri*, lyge *mendatium*. Competunt etiam hæc omnia illi, qvem repræsentat, at nempe
Doli fabricator Ulysses.

F I N I S.



INDEX
Vocabulorum Islandicorum
qvæ in libro hoc continentur.

A.

B.

Dvalenni

E.

F.

Fleigial

Gin

H.

Heid/

Hrotte

Nedstur/*infimus*.P.8. *ab Adverbio* Nidur/
nedre/nedste/*vel* nedstur/*deorsum,ibid.*
Nefsolur/*fulvo naso.* Pag.84.85.
Nem/*cognosco;hinc* neme/*cognitio.* P.5.
Neppur *tudes*. Pag:95.
Nid/*obscuratio Lunae.* Pag. 17.101.102.
Nidafioll/*montes occidui.* Pag. 64.
Nide *nihilans.* Pag: 28.
Nidhoggur *infernalis vipera.* Pag.69.101
Nidur/*filius.* Pag: 95.
Niordur/*Nom: prop.* Pag.19.
Nota/*frui.* Pag.101.
Nordaun/*ab Aqvilone.* Pag:13.64.
Nore *crepusculum.* Pag:27.
Notra/*tremere.* Pag:95
Nott/*nox.* Pag:27
Nydingur/*Apostata.* Pag:68
Nyo/*novem.* Pag: 7.8.
Nyradur *novi consilii structor.* Pag:28.

O.

Od/λόγος *ratio.* Pag:37.
Odsmey. Pag.50.
Odur/*Nom: prop:* Pag.50.51.
Oeyrumadur/*vir pacem violans.* Pag.67
Of/*nimium.* Pag.4.6.
O heilagur/*sine vindicta.* Pag:3.
O kindur/*intrepatus.* Pag.95.
Okoln/*sine frigore.* Pag.64.65
Øld/*seculum.* Pag.19.
Ønd/*anima.* Pag.37.
Opt/*saepe.* Pag. 45
Or/*telum.* Pag.34.
Ore/*telorum faber,ibidem.*
Ørkongur/*Rex.* Pag.100.
Orlog/*fatum.* Pag.37.43.58
Ørmahryggiar/*spinae serpentum.* P.65.
Ormun/*devastatio.* Pag.85
Ormur/*serpens.* Pag.84.
Øru/*Aqvila.* Pag: 96 97.

Orskotshelge/*sagittae vendicatio.* Pa.2.
Osaenn/*incultus.* Pa 99.
Osialdann/*crebro.* Pa. 45

R.

Rádsvidur/*consultus, placidus.* Pa.28.70
Rádsvinnur *idem* Pag. 28 70.
Ragnarøkur/*crepusculum Divorum.* P.76.
Ragur/*formidolosus.* Pag:53.
Ramur/rom/*hic & haec fortis.* Pag.76
Rata/*collimare.* Pag. 21
Regiñ/*violentus.* Pag. 28.
Reiginn/ *violentus. ibid.*
Reiginn/*Contract:* Regn/*Numina Ethnicorum.* Pag.16.70.
Renna/*percurrere* Pag.96
Ria/*eruere,vellere.* Pag. 67
Ridia *vetere,ex ornare, verrere.* Pag.95
Rista/*exscindere,sulcare.* Pa.:67
Ristaruner/ *Runas exarare.* Pag:67.
Riuka *fumare.* Pag:48
Røckur/*crepusculum.* Pag.76.
Rødull/*radius.* Pag. 51.
Røgg/Pag. 16
Rot/*magnum qvid. ibidem.*
Rotsemd/*ibidem.*
Rótstolar/ *ibidem.*
Ru/*vellus.* Pag.67.
Run/*Litera sculpta.* 67.97.98.
Runa/*uxor.* P.66.67.

S

Salarstein/*subdivaliorum petra.* P.30.
Salur/*solarium.* Pag.64.101.
Saudur/*arena.* P.9.
Saur/*caenum.* Pa. 63.64.
Saurga/*inqvinare.* P. 64
Segger/*homines.* P.43
Seid/*necromantia.* P.46.47.48.
Senn/*simul.* Pag.48.
Sia/*videre.* Pag:101.

Sitann/

Svior/

Ver

Ver/vir. Pag.62.63.
Verdande/possibilis. Pag. 41.42.
Verolld/mundus. Pag. 56.
Verp / conjcio. Pag 14.
Vestann/ab occidente. Pag.13.
Vetmimer/ humidi auctor. Pag. 8.
Vetterge/nihil. Pag.21.
Vidar/ nomen cæli. Pag.94.
Vidrer/viderus. Pag: 95.
Vidur lignum. Pa. 7.8.
Vile/volens. Pag: 28.
Villdo ek/velim. Pa.3.
Vind/vieo. Pag: 66.
Vindalfur/ventorum numen, Æolus. P.28
Vindblaenn/æreus ceruleus Pag: 8.
Vindheimur/ventorum domicilium. p.101
Vindolld/ventorum ætas. Pag.79.80
Virdur/quasi vhirdur/non custodiens. p.2
Virvir/viridis. Pag: 31.
Viska/sapientia Pag. 89.
Vit/scientia, sapientia. ibid.
Vitner/lupus. Pag.26
Vitur/artificiosus. Pag.28.
Vlfur/Lupus. Pag.93
Vmmfregna/percipere. Pag.51.
Vmmvoxenn/excretus. Pag.58.
Vmmvælt/arte structum. Pag: 4.
Vndateirn/vulnerum cento. Pag.59.
Vndgagl/telum. Pag.74
Vndhagl/telum. ibid.
Vndursamlegur/mirabilis. Pag.98.
Vnn/mare. Pag.84.
Vnn/sub, subtus. Pag.9.
Vns/usq; dum, tandem, donec. P.36.
Vola/α βȣλη Pag.4
Vola/vates. Pag:46.
Volkud/remisse. Pag. 51.
Volindur/inconstans. Pag.71.

Vollur/campus. Pag.50.58.
Vopnameidur viri epitheton, amorum trabs. Pag. 59.
Vpphimin/superum coelum. Pag. 10
Vrd/necessitas Pag.41.42.
Vrdarbrunnur/fons sanctus. Pag.40
Vydblaenn/amplus ceruleus. Pag.8.
Vydsedme / nomen quarti cæli ab amplis passibus. Pag.7.
Vydur/latus Pag.100.
Vyg cædes. ag 44
Vygdnatt/ consecrata nox, Germ: Weinacht: sacrata nox. Pag. 89.
Vygia/consecrare. ibid.
Vygþd militia. Pag:50.
Vygvel/Machinæ bellicæ. Pag. 4.
Vys/sciens, sapiens. Pag.89
Vysa/indicare. ibidem
Vysa/versus ibid.
Vysa/mos. ibid.
Vysare/index. ibid.
Vyßdómur sapientia. ibid.
Vyser/Rex, seu Rector. ibid.
Vyta/formare. Pag: 46.47
Vytabikar/Pag.47.
Vyte/vitium aliis illatum. Pag. 47.
Vyttur/taxatus. ibid.
Væt/inimicus, genius. Pag.21.

Y.

Yfer/supra. Pag: 97.101.
Yagdrasell/jovis equus P.40.98
Yggiangur/prospector. Pag.54.
Yggur/agnomen Jovis. Pag.40
Ylur/calor. Pag 96.
Yma/ominando sonare. Pag.83.
Ymur/omen. ibid.
Ynde/deliciae. Pag.101.
Yppe/sursum eveho. Pag.11.

Þadann/

FINIS.

Errata sic corrigantur.

Pag.6.Lin.10. *comentis* lege *commentis.* Pag. 7. Lin. 21. Heimele leg: Heim̃ile. Pag.8. Lin.10 *lenovem* leg: *Denovem.* pag. 9.Li: 6.abiice *coma* adjectum *is.* Pa.14. Lin.4. *fr tex,* le: *frutex.* Pag 15. Lin.1. Vidur/leg: *video.* Lin.6. *dextrorsum,* Leg. *Dextrorsum.* Pag. 16. Li.12. Gieng.leg.geng. Lin.18. Rohsemg/ leg: Rogsemd/Lin.ead: *Magnamitas* leg: *Magnanimitas.* Pag.17. Lin. 10. addatur virgula post *Lingva,* deleatur præcedens. Li: 24. *tenbræ* le: *tenebræ.* Pag. 18. Lin. penult: Κατͅοχλὼ leg. Κατ'ἐξοχλὼ. Pa.22. lin.5. *Dlains* leg. *Blains* lin. 19. *nomina,* le. *Numina.* Pag.23. Lin.18. leg. *impossibile.* Pag.24. Lin.10. *potissmius,* leg. *potissimus.* Pag.25. Lin.16 auferatur verbum Hebræum נַעַר Pag. 26. Li. 27. *vocari.* le: *voraci,* Pag.27. Lin.10. *recenceat,* le: *recenseat.* Pa.28. Lin.6. *violentmus,* le: *violentus.* li.15 Ekinskiallda le: Eikinskiallde. li: 16. φίγ@ le. φίλ@. P.29. Li.22. *commiscicatur,* le. *comminiscatur.* Pa.30. Lin.13. manna siot le: manna siøt lin.14 Eigills dra,

ſu/

fu leg. Eigils drapu. Lin. ult: *Sulsator* le: *Sulcator*. Pag. 31. Lin. 6. *Annoa* le: *Annona*. Lin. 20. *Reg* le: *Rig*. Lin: 25. *canie* le: *crine*. Pag. 32. Li. 2. *Axilla* le: *maxilla*. Lin. 5. *repntes* leg. *reputes*. Pag 33. Lin. 5. *Colibus* le: *Collibus*. Pa. 34. Lin. 7. *heimis* le: *hiemis*. Lin 23 auferatur, *hi*. Pag. 35. Lin. 2. *Judex* leg. *index*. Lin: 7. Heip leg. Heipt. Lin. 11. *Hos* leg: *nos*. Lin. 12. Háor/leg: Hoor. Lin. ead: *perpendicularem* le. *perpendiculare*. Lin. 19. ἔπα leg: ἔπα Pag. 36. Lin. antepen: *Sie* leg: *sic*. Pag. 37. Lin. 5. *Cujuslibes*, leg: *libet*. Lin. 8. *seusus* le: *sensus*. Pa. 39. Lin. 17. *Phycica* leg: *physica*. Pag. 40. Lin. 1. *victorem*, leg: *vectorem*. Lin: 16. *oppositus* le: *appositus*. ibid: in marg: *trecus* le: *Stercus*. Lin. 17. Sylvaminne leg: Silvamiñe. Lin: 35. *astoorum* leg: *astrorum*. Pag. 41. Lin. 8. Heitu leg: Hetu Lin. 9. Starnn leg: Skaru. Pag. 43. Lin. 1. *quam* leg: *quoniam*. lin. 5. *quam* le: *quoniam*. Lin. 17. Segghia le: Seggia. Pag. 44. Lin. 2. Hum le: Hun. lin: 4. Holls Hár leg: Holl Hars lin. 18. *eontraria* le. *contraria*. lin. 20. *significationie*. leg. *significatione*. lin. 24. veiegalaust leg: veygalaust. Pa. 46. Lin. 1. reida le. reider. Lin. 2. infer venut/in limine lineæ. Pa. 47. Lin. 15. vilsabitkar/ leg: vilstabikar. Pa. 48. Lin. ult *ag* leg: *ad*. Pa. 49. Lin. 8. *a'ut*, leg: *aut*. Lin. 9. *Sensu*, leg: *censu*. lin. 15. *nunquam* le. *nonunquam*. Pag. 50. Lin. 2. Fleyde/le: Flegyde lin. 4. Borgveggur leg. Bordveggur. lin. 17 Hepde le: Gefde. Pag. 51. Lin: 1. *clavem* le: *Clave*. Lin. 2. *signif*. le. *significationis*. Lin. 3. *Gregorius* le: *gregarius*. Pag: 54. Lin. 9. *lirt* leg. *leit*. Pag. 56. Lin. 11. *monise*, le. *monile*, Lin. 22. giørrar leg. giørvar. Pag: 57. Lin. 21. *detonto* le. *detonso*. Pag. 58. Lin. 10. *ναγνη* leg. *ναννη* Lin. 19 *exeretus* le. *excretur*. Pag. 60. Lin 16. *pectore*, leg. *pectere*. Pag. 62 post lin. 7. infer *Marito viro, dolis (aut astu) applaudens seu apposita*. Lin. 25. *lathon*, le. *laten*. Pag. 63. lin. 8. vel/giliad/leg. giliud/ & in margine ibid: le: giliud *non* gliod. lin: 25. Suerdum leg: Svœrdum. Pag. 64. lin. 1. ἴθας le. ἴτας Pag. 66. lin. 16. *Gestmi* leg: *gestini*. Pag. 67. lin.

67. lin. ult. *Sanius* leg: *Sannis*. Pa. 68. Lin. 5. *dicta* leg. *datam*. Lin. 22. *vorarium* leg *vaporarium*. Pa. 71. Lin. 3. leg. *Saturatur*. Pag 73 Lin. 2. fiørlaſt leg. fiørløſt. Lin. 4. Fiorhaugur leg: Fiørbaugur. lin. ead. *Singulare* le: *Singulari*. Lin 9. λήψε leg: δέρε. Pag. 74. Lin. 9. undfagl leg: undhagl. Pag 81. Lin. 2 *ager* leg: *igne*. Lin. 18 *obcure* le. *obſcure*. Pag 83. Lin: 8 *lateat* le. *latrat*. Pag: 84. Lin. 13. *fulus* leg: *fulvus* Pag. 86. Lin. 1. *qva* leg: *qva*. Pag 88. Lin. 3. *ochum* le: *locum*. Pag. 89. Lin. 13. leg: *Huc quoq;* viigd nøtt. Pag. 90. Lin. 2. *avo* leg: *avo*. Pag. 91. lin: 1. *Nem,pe* leg. *Nempe*. Lin. 22. *Monticula* le. *Monticolæ*. Pag: 93. lin. 20. *dverſus*. leg: *adverſus*. Pag. 94. lin. 27. leg: *Æneam*. Tag. 95. lin. 7. a leg: ap. Pag. 99 Lin. ult. *additot*, leg: *addito T*. Pag. 101. Lin. 7. *Subllmi* leg *Sublimi*. lin. 19. ἡδροη leg. ἡδονη. Pag. 102. lin. 9. Eeyqvar leg. Eeyqraſt. Lin antepen. *Hanc rationem nec non fuiſſe in ſua Theogonia Philoſophia*. leg *Hanc rationem non fuiſſe in ſua Theogonia & Philoſophia*. Pag. 104. Lin. penult: *repreſent,at* leg. *repræſentat*.



